GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [1] - -

Leibn. Marg.

0, 1

Randnoten von Leibniz

KM.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1 Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [2] - -

CHRISTOPHORI BESOLDI JC.

Discursus Politici.

I. II. III. De { *Monarchiâ.* *Aristocratiâ.* *Democratiâ.* } *generatim tractantes.*


IV. *De Reipublicæ Statu subalterno: ubi de Comitibus, Baronibus, Civitatibus Imperialibus, & Libero Equestri Ordine, ex professo prolixéq; disputatur.*

V. *De Reipublicæ formarum inter sese comparatione; & quænam earum præstantior existat?*



ARGENTORATI.
Impensis Hæredum LAZARI ZETZNERI.

Anno M DC XXIII.



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [4] - -

I.

DISCURSUS I. DE MONARCHIA GENERATIM tractans.

CAPUT I.

Quot sint Formæ Imperiorum?

QUòd politica cumprimis tracto, posthabitâ aliquantùm Juris privati tractatione; non id sine invidiâ & calumniâ quorundam facio: sed nec tamen sine magnorum virorum auctoritate & exemplo. Nonnunquàm de Republicâ est loquendum; cujus materiæ, quantò rarior occasio, tantò minùs est omittenda. Habeãt nostra quoque studia, aliquid nõ humile, nec sordidum, nec privatis rebus inclusum. Quæ verba sunt Plinii Junioris, *lib. 3. epist. 20.* Sic Seneca, *de tranquillitate animi, cap. 3.* Ut quidam Sole, & exercitatione, & curâ corporis, diem ducunt; Athletisq́, utilissimum est, lacertos suos roburque cui se uni dicaverunt, majore temporis parte nutrire: ita nobis, animum ad rerum civilium certamen parantibus, in opere esse, longè pulcherrimum est. Non equidem novam aggredior rem, sed aliorum vestigiis tritam. Verùm ex temporum varietate, nova quotidiè phantasmata, & variæ rerum speculationes in hominibus generantur; ac ideò non est auferenda posterioribus facultas ulteriùs cogitandi. Bald. *in l. 1. C. de his, qui ante apert. tabul.* Sed tamen illud Beati Augustini, *de civitate Dei*, præscribo: Multa sunt in omni opusculo, quæ justo judicio, & nullâ temeritate culpari possunt: nullusque reprehensor formidandus est, amatori veritatis.

II. Proprio nomine Iura Imperii, seu Majestatis habent, qui superiorem extra suum territorium non recognoscunt; & in quos in ipso territorio privativè omnis translata est potestas. Ac ita residet Majestas personalis, geritúrve res populi, sivè ab uno, sivè à multis. Sanè quò ad Imperium, haud discriminamus species Rerumpublicarum: siquidem in qualibet Republicâ, deprehendere est summam, legibusq́; solutam potestatem. Verùm quò ad eos, penes quos Imperium est, differentia Reipublicæ formarum fieri debet. Fridericus Tilemannus, *Disput. Digestor. 2. thes. 8. & seq. vol. 1.* Eoque nomine, aut Monarchicus, aut Polyarchicus est Status. Polyarchicus Status, aut Simplex, aut verò Mixtus existit,

istit. In Simplici Polyarchico Statu; aut pauci Optimates, aut verò Populus, ejusve major pars, Rempublicam administrat: ibi Aristocratia, hîc autem Democratia censetur. In Statu Mixto, Regis, Optimatum, & Populi implicata vis est; Regibusque sua dignitas, Optimatibus sua potentia, & populo legitima libertas conservatur. Nicolaus Machiavellus, *Disputat. de Republic. libr. 1. cap. 2. & vide me libr. 1. Politicor. cap. 8.*

III. Ab Imperantium numero, meritò sumimus distinctionem Rerumpublicarum: cùm ob conspicuitatem; tùm quia Respublica gubernatio est summæ potestatis, quæ in personis requiescit. Ergò quandò variant secundùm numerum personæ: necesse quoque est Rempublicam variari: Ita ut Aristoteles vapulet rectè, qui hîc à Platone, aliisq; dissentit, ac à regentium conditione & fine, petit separationem: *libr. 3. politicor. cap. 5.* Oligarchiamq; & Democratiam, per paupertatem atque divitias distinguit: nullo vel paucitatis, vel multitudinis habito respectu. Contra quam opinionem disputant Bodinus, *libr. 2. de Republ. cap. ult. num. 233.* Henningus Arnisæus, *lib. 1. doctrin. politic. cap. 7. fol. 148. &c.* Franciscus Piccolominæus *in philosoph. de morib. grad. 10. cap. 8.* Johannes Calvinus, aliâs Kahl *in not. ad libr. 4. politicor. Aristot. cap. 3.* Hericus Velstenius, *in centur. quæstion. politic. decad. 7. thes. 1.* Jacobus Martini, *centur. 1. quæstion. Philosophic. illustr. Disputat. 5. thes. 10.* Ac sanè, si Rerumpublicarum formas, bonorum ac malorum finibus metiremur, infinitas eas fore comperiremur. Quippè nam, si divitiæ & paupertas Reipublicæ efficiunt varietatem; quid obstat, quò minùs illud idem de reb. aliis sit concedendũ: quæ eâdẽ ratione ad Rempublicã spectant. Ut nempè alia sit forma, quando prudentes alia quandò imprudentes, summæ potestatis participes existant. Sic enim & ipse Aristoteles *lib. 3. politicor. cap. 12.* contra eos, qui Magistratus ob divitias conferebant, argumentatur. Aliter uni soli inest gubernandi potestas, aliter diffunditur in aliquos tantùm, aliter in universos; quod & ipse Aristoteles scribit, *lib. 3. politicor. cap. 6.* Divitiæ verò, aut paupertas, in communicatione Majestatis, nullam important diversitatem: licèt ejusmodi fines, imperandi separent rationem; ut suo dicetur loco. Et cogitur itaque Aristotelem sequens confiteri; unius, paucorum, & omnium Imperia, specie haud differre. Paupertas etenim, quam Aristoteles constitutivam rationem status popularis ponit, inveniri potest in Monarchiâ: sicut de Hæbudum Regibus Solinus, *cap. 35.* scribit, eos paupertate ad justitiam exerceri. Potest item in Optimatibus reperiri: scilicèt si Pelopidas & Epaminondas, cum sui similibus Aristocratiam regant Thebanorum. Item in populo toto: ut fuit Status Lacedæmoniorum; quos Lycurgus pauperie æquali, ab avaritiâ & contentionibus super meo & tuo abducere volebat.

Porrò

Porrò falsitas Aristotelicæ hujus opinionis exinde itidem adparet: Pono, mille esse cives ; quadringentos divites imperare, sexcentos pauperes obedire. Nūc facilè fieri potest, ut quadringenti divites ad paupertatem redigantur, sexcenti de plebe divites fiant: hîc ex Aristotelis scitu, manẽtibus Imperantibus iisdem , nec Legibus fundamentalibus mutatis; Rempublicam in speciem contrariam conversam esse , dici oporteret; quod absurdum esse videtur. Et ideò denique , nec etiam ijs assentiri queo, qui παρεκβάσεις καὶ φθορὰς, digressiones nempè & aberrationes, sive vitiositates Rerumpublicarum, earundem species esse contendunt: cùm species debeant esse contradistinctæ; & Respublica ab ejus accidentibus sit sejungenda. Plato *in Politic.* Christianus Matthias Dithmarsus, *Colleg. polit. 1. Disput. 6. thes. 4.*

CAP. II.

Gubernationem ab ipso Statu , Iureq; Imperij sejungendam: & ex hoc, non illâ, de Reipublicæ formâ statuendum esse.

SUmmè verò est notandum; gubernationem ab ipso Statu Jureque Imperii, aliam esse. In rei quidem veritate non differt modus administrandi, ab ipso Jure: quia hic, illius est effectus. Sed tamen quò ad faciem externam, diversa esse potest gubernatio ab Imperii Jure. Et indè multis in locis usuvenire solet; ut Respublica ex Legibus non sit popularis, usu tamen vivendique ratione, populariter administretur. Apud alios verò accidit è diverso, ut Respublica ex Legibus magis sit popularis, usu tamen & moribus, paucorum potiùs gubernetur arbitratu. Quemadmodùm Romæ, usque ad Legem Canuleiam est factum; quâ utpotè introductum fuit, ut Plebi cum Patribus connubiorum jus esset, utque Tribuni militum, promiscuè ex Patribus ac plebe crearentur. Beatus Augustinus, *lib. 3. de Civitate Dei, cap. 17.* Livius *libr. 4.* cum antè Populus rerum quidem Dominus erat ; sed tamen honores ac Magistratus, Patriciis tantùm tribuebat. Sic alibi est Monarchia, cujus gubernatio Aristocratica existat (ut in Galliis fit) & è contrà invenitur Aristocratia, vel popularis Status, qui Monarchicè gubernetur; ut tempore Judicum Israelitico Regno , ac etiam in Republicâ Romanâ, Dictatore creato. Hancque differentiam (quæ est inter Jus Imperii, & administrationem)

etiam advertit, diserteque tradit Aristoteles, *lib. 4. politicor. cap. 5. in fin.* licèt Bodinus alicubi, eam sententiam venditet pro novâ suáque inventioni adscribat. Et hoc intuitu Solon dicere solebat; Eum Principem sibi maximè glorioſum videri; qui ex Monarchiâ, civibus faceret Democratiam. Stobæus, *serm. 46.* Ita cùm dicitur *in l. 1. ff. de constitut. princip.* quod Principi placuit, legis habere vigorem: id capio de Iure imperandi. Quod autem habetur *in l. humanum 8. C. de Legib.* haud aliter in posterum legem promulgandam, nisi consensus universorum, Imperatoriâ auctoritate firmetur: de ratione modoque imperandi, intelligi debet. Sic & Cardinalis Bellarminus, *libr. 1. de Romano Pontifice, cap. 6. ad fin.* modum administrandi, à jure & necessitate sejungit, cùm ait: Beatũ Cyprianum, consuevisse ferè omnia negotia majora, coràm Clero & Populo tractare, nihilque agere sinè eorum consensu: cæterùm hoc fecisse sponte suâ, non ullâ lege coactum.

II. Sic etiam, interdùm Imperii quædam ac libertatis Simulachra, seu vana oblectamenta, inaniaque jubendi Jura, iis obtruduntur, quibus aliâs aditus ad Rempublicam est præclusus. Qui enim Rempublicam innovare vult, in id incumbat necesse est, si hanc innovationem non ingratam populo esse velit; ut si res ipsas, sicuti antè erant, retinere non queat, earum saltem retineat umbram. Nicolaus Machiavellus. *1. Disputat. cap. 25.* Sic namque efficietur, ut plebs haut putet quicquam esse immutatum; quamvis omnia sint re ipsâ innovata. Solet enim populus non res profundiùs intueri, sed quæ foris adparent; eas accipit perindè, ac si ita reverâ essent. Quamvis autem hæc pertineant propriè, ad Tractatum, De Arcanis Imperiorum: haud tamen intermittere possum, quin dicam, quod de hisce Simulachris, tale olim Senis in Italiâ, judicium tulerit, quidam ex familiâ Boninsigniorum: Satanas, inquiebat, facultate à Deo acceptâ, pium illum Iobum, armentis, servis, ædibus, filiis; ac tandem ipsâ quoque corporis sanitate privavit; nec quicquam ipsi reliquit præter uxorem: non in solatium, sed majus tormentum. Iisdem artibus Pandulphus Petrutius (Senensium is erat Tyrannus) postquàm omnem publicam autoritatem & potestatem in se transtulit, ac ut uno verbo dicam, Rempublicã nostram pessundedit; hanc tãtummodò publici Imperii speciem nobis reliquit (VI. Virorum scilicèt creationem, penes quos priùs summa rerum erat) non ut dignitati, & honori nostro deserviret; sed ut dolorem miserorum Civium multò magis incenderet, atque aggravaret. Gasparus Ens 2. *Epidorp. fol. 191.*

III. Non ergò ex hujusmodi Simulachris, in quibus nonnunquàm ratio gubernandi consistit, nec ex ipsâ gubernandi ratione Respublica definienda: sed penes quos Summa illa Imperii sunt Iura, & ipsa absoluta

ſoluta poteſtas ; ſecundùm illos de formâ Reipublicæ ſtatuendum erit. Arnoldus Clapmarius, *lib. 6. de Arcan. Rerumpublicar. cap.* 15. Ratio enim gubernandi nonnunquàm in hiſce Simulachris; at verò Reipublicæ forma, non niſi in ipsâ vi Imperii conſiſtit. Ergò ut planè noſcatur, ubi Supremus ac ſummus poteſtatis in Republicâ apex ſit fixus: cui ſingula Majeſtatis Iura, vel omnia ſint tributa; atque adeò, quibus Legibus imperet Magiſtratus, quibuſque conditionibus ſubditi ſubjiciantur, explorari debet. Quodque dixi, ex adminiſtrationis modo, de Summâ in Imperio poteſtate, *nil* dijudicari ; ejus rei luculentum quoque habemus exemplum, in Imperio Germanico-Romano: ubi Imperator (reſervatâ ſibi aliquâ inſigni parte adminiſtrationis, per Adpellationes, Supplicationes &c.) nonnullos ex civibus Reipublicæ Romanæ, per Duces, Comites, &c. Monarchico modo; alios Ariſtocraticâ, & Democraticâ ratione, per Civitates nimirùm Imperiales gubernat. Quæ gubernatio tamen, nil cum Imperio Summæ Majeſtatis commune habet: nec ex eâ, de formâ ipſius Reipublicæ Romanæ, aliquid eſt ſtatuendum. Neque etiam ad mediatos ſubditos eſt reſpiciendum: ſic etenim, in Liberâ quoque Republicâ, poſſunt eſſe cives, qui habeant ſubditos ferè ſervos.

IV. Et ſic item Cæſar Rex erat, Regnumque tenebat; Cæſarem quanquàm ſe, non Regem eſſe reſponderit. Nam & aliquandò Tribunos graviter increpitos, poteſtate privavit; quòd cùm inter immodicas & novas populi acclamationes, quidam è turbâ, ſtatuæ ejus coronam lauream, candidâ faſciâ præligatam, impoſuiſſet: ij coronæ faſciam (quæ nempè erat Regiū Diadema, Iacobus Scheckhius, in notis ad Patercul. *pag.* 120. *verſ.* 9.) detrahi, hominemque duci in vincula juſſiſſent. Suetonius *in Cæſare cap.* 79. Sanè non præter veritatem, idem Cæſar quandoq; propalàm dicebat; nihil eſſe Rempublicam, adpellationem modò ſine corpore & ſpecie: Sullam literas neſciviſſe, qui depoſuerit Dictaturam. Debere homines jam conſideratiùs loqui ſecum: ac pro Legibus habere, quæ ipſe dicat; eodem Suetonio, *cap.* 77. teſte. Quod breviter, at ſignificanter expreſſit Lucanus:

Omnia Cæſar erat. ——

Nimios ac Divinos honores, ſibi paſſus eſt decerni Cæſar; Magiſtratus contra morem perpetuos fecit : ſemibarbaros in Curiam recepit, magnis officiis (Monetæ, Vectigalibuſque publicis) præpoſuit viles ſuos ſervos & libertos. Suetonius, *cap.* 76. Tribunos, ſibi non aſſurgentes increpavit. Suetonius *cap.* 78. Quæ omnia, abſolutiſſimæ dominationis indicia erant. Propterea non præter rationem, Cicero alicubi *in Epiſtolis ad Atticum*, conquerebatur: nullum eſſe colorem, nullum ſuccum, nullam formam relictam Reipublicæ Romanæ, ut ipſa quidem adpellatione

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [9] - 5

ne ac nomine Respublica diceretur ; sed reverà foret nulla, Cæsare ad nutum cuncta moderante. Quo etiam sensu, Clapmarius, *Disputat. de Iure publico, thes.* 8. adpositè scribit : Imperator, Dominus, Cæsar, Rex, Princeps, & quæ sunt plura vocabula dominationis, re ipsâ fuerunt unũ & idem. Glaucoma tantùm fuit populo obductum; quantumvis Plinius contradicat. Apertiùs & veriùs de Vitellio Tacitus, *histor.* 2. præmisit, inquit, in urbem Edictum, quo vocabulum Augusti differret, Cæsaris non reciperet: cùm de potestate nihil detraheret. Arcanum sanè est Principum novorum, renuere titulos odiosos, & speciosos: Scipio Amiratus, *lib.* 1. *Discurs.* 1. Sed nil detrahere de potestate. Et hoc est ex Augusti disciplina: ut mox dicam.

V. Et ita pariter, cuncta discordiis civilibus fessa, nomine Principis sub Imperium accepit, & ne Dictatoris aut Regis nomen assumeret: ac tamen cætera ut præemineret Imperia, Tribunitiæ potestatis nomen reperit Augustus. Iulius Cæsar Bulenger. 1. *de Imperatore Romano, cap.* 19. (Undè *in Tacito* Vopiscus: Tribunitiam potestatem, partem maximam fuisse regalem, inquit) Vim nempè Principis est amplexus, nomen quamvis remiserit; eas species, quæ ad vim Dominationis nihil faciunt, sed odium tantùm ac invidiam conflant, cautè fugit: & sic noluit esse Dictator; Bulenger, *dict. libr.* 1. *cap.* 27. quod nempè nomen, iam ob Syllæ ac Cæsaris acta, minùs gratum erat. Imò ad certum tantummodò tempus, Imperium sibi decerni voluit, idque per vices renovabat. Bulenger. *libr.* 3. *cap.* 1. Contrà verò, quæ Principatum firmant reverâ, amplexus est omnia vehementer. Tacitus *libr.* 1. & 3 *annal. ac utrobique* Annib. Scot. vid. Ioachim. Stephan. *libr.* 3. *de Iurisdict. cap.* 7. *à princip.* Hûc pertinet, quod Iosephus Scaliger *in Epistol. ad Bonav. Irlandum (quæ habetur in opusculis* Scaligeri à Casaubono editis, *fol. mihi* 385.) scribit. Post tempora Constantini, sine dubio omnis, & Iurisdictio & potestas adempta Prætori, nomen relictum. Neq; mirum. Ut enim Cæsares, qui Rempublicam invaserunt, ne penitùs popularem Statum πλεονεξίᾳ suâ expulisse viderentur, provincias cum populo partiti sunt : sic in urbe Magistratum populi Romani reliquerunt, hoc est, Prætorem sed aliũ sibi novum creârunt, nempè Prætorio præfectum. Indies crevit Cæsarum Tyrannis, ita populi Maiestas contrà imminuta: donec Cæsaris Magistratus, popularem Magistratum possessione eiecit, &c. Sic Novella Leonis 78. Senatus consulti faciendi Ius abolet. Sic Consulis officium Augustissimum olim, tandem in Consilio manumittere volentibus præbendo consistebat, *l. unic. in princ. ff. de offic. Consul.* Ipsi etiam Principes Consulatum ad se traxerunt, Imperioq; suo perpetuò adnexuerunt, *Novell.* 105 Bulenger, *dict. tract. libr.* 1. *cap.* 23. Sic & Tribunitiam, quam dixi, potestatem

teſtatem, affectione quadam popularitatis; ſed reverâ conſilio auctoritatis occupandæ (& quia Tribuni inviolabiles erant, ac ſi quis in eos, opere aut verbo fuerat injurioſus, ſacrilegii ac piaculi tenebatur Dio. *in Auguſto*) aſſumpſerunt. Ita ut alii Tribuni plebis, non niſi umbratili & imaginario honore fungerentur: ut Plinius *alicubi in Epiſtolis*, ſcribit. Adde etiam meum Tractatum de Adpellationibus, *cap. 2. num. 3. & libr. 2. politic. cap. 5. num. 25.* Et ita Beatus Gregorius Magnus, ut ſuperbiam retunderet Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui Univerſalem ſe Epiſcopum inſcribere auſus eſt; ipſe ſe ſervum ſervorum Dei, primus appellavit. Johan. Diacon. *lib. 2. cap. 1. in eius vitâ.*

CAP. III.

Monarcharum nomina varia: Dyarchia, Triarchia, & de Imperio Regis ac Reginæ unito,

NOn item ex ſplendore Titulorum, de Majeſtate eſt judicandum. Nihil namque in vocabulo intereſt, modò dum eodem jure & imperio omnium rerum quis teneat poteſtatem: nec ulli omninò Principi vel populo externo ſubjectus inveniatur. Non virtus in nomine poſita eſt, ſed in plenitudine auctoritatis; nec de nomine debemus curare, ubi effectum habemus. Fulv. Pacian. *conſil. 149 num. 20.* Non hîc vis in nomine eſt facienda; ſed in regiminis qualitate, & magnitudine poteſtatis: quod ait Baldus *conſil. 328. Incip. Quæritur ſi Rex Romanus, col. 2. verſ. quò ad quintum, vol. 1.* Hincque omnes, quibus ſummum Imperium eſt, verè proprieque ſunt Reges; ſive Dictatores, ut Cæſar: ſive Principes, ut Auguſtus, ſive Imperatores, ut ipſius ſucceſſores: ſive Pontifices, ſive Tribuni, ſive etiam nominentur Duces. Utrum aliquis vocetur Rex vel Dux, nihil ad rhombum, inquit *dicto loco*, Baldus. Et ubi aliquis Dux invenitur, qui in Ducatu ſuo tàm magnam habet poteſtatem, quàm in Regno Rex habere debet (qualis omninò magnus Moſcoviæ Dux cenſetur. Duret. *hiſt. des Langues, fol. mihi 854. &c.*) de uno ad alterum argui rectè, Decius, *conſil. 516. num. 4.* Paris, *conſil. 199. vol. 1.* Natta, *conſil. 608. num. 7 vol. 3.* aliique teſtantur: & hanc etiam traditionem noſtrorum Doctorum, illuſtravi Ego *indict. Tract. meo de Adpellation. cap. 2. num. 3.* Huc-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [11] - 7

que pertinet apophthegma Cosmi Florentini Ducis: *à un Principe non conviene ambier l'excellenza de titoli, sopra gli altri; ma che deve contentarsi della possanza, in vece di titolo.* Et indè etiam absonus est Leonhardus Aretinus, qui *Epistolar. lib. 6. fol. mihi 265.* Germanos ridet, quòd Regem vocant antè coronationem, qui pòst coronationem indigitatur Imperator. Non enim proprietas, sed usus horum vocabulorum est spectandus. Quemadmodùm autem quidam Reges sunt re, non nomine: ita vicissim Reges quidam sunt nomine, non re: qui nimirùm alium observant superiorem, qui nihil habent, quod non alterius nexu atque mancipio teneatur: quales etiam hodiè num, aliqui sunt, & olim quamplurimi fuerunt. Bodinus *1. de Republicâ cap. 9. num. 144. &c.* Vincentius Chabotius, *1. Disput. 12.* & Ego infrà, *in Discursu de statu Reipublicæ subalterno.* Sunt nempè Reges, quos Reges subditos nominant nostrates: qui licèt Regalia usurpent, non tamè ea jure proprio habent, & nec ideò vocari possunt Jura Majestatis. Sixtinus, *de Regalibus, libr. 1. cap. 4. num. 18* Peregrinus, *de iure fisci, cap. 2. num. 53.* Pruckhmannus, *de Regalibus, 4. num. 16.* Obrechtus, *Disputat. de Regalib. thes. 20. 26. & seqq.* Et tales Reges sunt, qui ab Imperatore creantur, quibusque Imperator Regna in Feudum concedit: quo nomine hodiè Imperio Romano adhuc obligatus est Bohemiæ Rex, & olim tales itidem fuisse feruntur, Daniæ, Poloniæ, aliique Reges multi.

II. Monarchæ olim Tyranni fuerunt vocitati: à fastu & pompâ. licet non perperàm hanc vocem alij à Tyrijs derivent. Phœnices enim sivè Tyrij, non in Græciam modò, ut vetustissima Cadmi memoria docet, & in Hispaniam universam (ut auctor est Varro) sed & interiectam Italiam perlustrarunt, inibique Imperium obtinuerunt. Et in hunc sensum aptissima sunt Esaiæ Prophetæ verba: qui inter titulos insignes, quibus Tyrum ornat, eam adpellat coronam imponentem suis תפעירה Nicolaus Fullerus, *Miscell. Theologic. libr. 1. cap. 11. & libr. 4. cap. 11.* Rex dicitur à regendo, seu potiùs à recto: undè etiam Rector originem indubiè sumit. (Rego, Rexi, Rectum) Rego, à Regula; & utrumque à Recto. Rectum autem idem est, quod æquabile, vel unum; undè simplex & rectum conjunguntur: Recht vnnd Schlecht/oder Eben. Consonat ferè Germanicũ Richter à Recht (quia rectum intendit, & partes à viâ justitiæ exorbitantes, in ordinem redigit) & Richten nihil aliud est, quàm Recht vnd Eben machen. Rechten/est de jure controvertere, & rectum seu æquum quærere. Alludit, censente Andr. HelWigio, *in origin. diction. Germanicar.* Hebraicum ערך garach: ordinavit, disposuit, direxit. Germanicum König/ à potestate

testate (vom kōmen) denominari videtur. HelWigio ad Κυνηγεῖν, id est, venari, alludere videtur: ut König/ sit quasi κυνηγὸς, id est, venator: quo modo Nimrod in Sacris adpellatur. Burgundi olim, Reges nomine generali *Hendinos* adpellaverunt: Ammianus Marcellinus *libr.* 28. quod videtur nostrum König. Græci admodum adpositè, Regem dixerunt βασιλέα: quasi βάσιν τῶ λέω, hoc est, populi fundamentum. ut & Hebraicum Adonai, est Dominus sustentator. Et hoc magis placet, quàm Fulleri conjectura, *dict. libr.* 4. *cap.* 11. qui βασιλεὺς quasi μασιλεὺς, ab Hebræo, *Moschal* (imperavit) derivat. Adpellantur etiam Monarchæ interdum Domini, absolutè. Pietr. Andr. Canonhiero, *libr.* 8. *dell' introduzz. alla polit. cap.* 12. Denotatque Dominus propriè potestatem vitæ & mortis. Curtius, *libr.* 4. Et cùm in Regali solio residebis, vitæ necisque omnium civium Dominus. Indè & hodiè Galli, illud suum *Sire*, soli tribuunt Regi: quod ab Hebræo Fullerus deducit, *libr.* 1. *cap.* 11. Sed magis consonat cum Græco κύριε, aut nostro Germanico Herr. Vocantur Monarchæ etiam vulgò (& in jure nostro) Principes, Canonhiero, *dict. libr.* 8. *cap.* 15. Dux deducitur à ducendo, quòd sit exercitus ductor: Germanicè Hertzog/ quasi Herr des Zugs. Imperator dicitur ab imperando, seu jubendo: hacq; ratione idem significat, quod Rex; Olim verò qui res magnas bello gesserat, & lege definitum hostium numerum occiderat, à militibus solitus fuit Imperator salutari. Suetonius, *in Cæsare, cap.* 76. ibique Casaubonus, *in commentar. fol. mihi* 38. *col.* 2. *num.* 44. Bulenger. *in Imperatore Romano, lib.* 1. *cap.* 6. Tobias Paurmeister/ *libr.* 2. *de Iurisdict. cap.* 4. *à princip.* Et videri etiam de hisce nominibus potest Lælius Zechius, *libr.* 1. *politic. cap.* 2. *à princip. usque ad num.* 11. Cæsaris titulus & nomen (à quo itidem est nostrum Kayser, consonans cum vetustissimâ, & genuinâ Linguæ Latinæ pronuntiatione, ut ex tractatu Justi Lipsij, *de pronunciat. cap.* 11. *&* 13. videre licet) nunc Imperatoriæ dignitatis proprius existit; & à Julio Cæsare provenit, qui primus illam fundavit, unique addixit. *Novell.* 30. *in princip.* Licèt Spartianus, *in Vero*, Cæsarem eum vocari dicat, qui designatus est Imperij successor, ut nostro usu Rex Romanorum. Vide Bulengerum, *lib.* 1. *de Imperat. Rom. cap.* 9. Herman. Kirchner *Disput. de Republic.* 3. *coroll.* 8 Matth. Bôrtium, *apud Arumæum, vol.* 1. *Discurs.* 33. *cap* 2. *thes* 46. Et ridiculus est itaque Moschus, qui & sibi Cæsaris nomen adscribit. Tandem etiam Reges, à majoribus suis, quandoque denominationem adsumunt: quod longo stylo deducit Alexander ab Alexandro, *lib.* 1. *genial. dier. cap.* 2. eò quòd desiderio illorum post funera tenerentur, & tanquàm in posteris eadem indoles futuræ virtutis eniteret, ita eodē

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [13] - 9

sibi nomine adoptato, ipsi quoque ad præclara facinora obeunda invitarentur. Et sic non solùm, secutis Imperatoribus Romanis, Cæsaris & Augusti cognomẽ mansit: sed & indè descendit, Antonini, Flavij &c. nomen. Bulenger, 1. *de Imperatore Romano, cap* 17. & 28. Germanici, Britannici &c. cognomen, ex devictis gentibus sumebatur: jam indè à Tiberij ætate. Bulenger, 1. *de Imperat. Rom. cap.* 35. Lipsius *ad Tacitum, Annal.* 1. *& ad Plin Panegyr.* Ita commune Regum Amalecitarum nomen fuit Agag. Sic omnes Reges Ægyptij, Pharaones fuerunt dicti: quorum tamen singuli, propria sua, & διακριτικὰ nomina habuerunt, ut *in Discursu de Baronibus dixi*. Sicijdem post Alexandrum, à Ptolomæo, dicti sunt Ptolomæi. Sic omnes Palæstinorum Reges, Abimelech vocati; quorum is ad quem confugit David, Achis nomen habebat. Sic Abyssinorum Reges, hodiè vocantur *Prestegan*, quod idem valet ac Apostolicus (quemadmodùm Reges Hispaniarum Catholici, Galliarum Christianissimi, Angliæ Fidei Defensores indigitantur) ut planè ridiculi sint, qui ex eâ voce, *Presbyter Iohannes* fecerunt. Sic Reges Tyri, Hiram sunt dicti, &c. Sixt. Amama *in censur. vulg. vers. Numer. cap.* 24. *vers.* 7.

III. Operæ pretium esse videtur monere, quid de titulis & insignijs Principũ sit sentiendum? Id faciã Dominici Baudij verbis, qui *lib.* 2. *de Induciis belli Belgici, fol. mihi* 94. ita scribit: Cur igitur Archiduces (excipit unus ex Ordinum Legatis) retinent arma seu insignia unitarum provinciarum? Respondetur, eodem jure & more, quo Rex Catholicus Regem se Hierosolymitanum prædicat; Rex Galliæ se Navarræ vult haberi; Rex magnæ Britanniæ, Rex Franciæ solet appellari. Contentos esse debere Ordines, quòd in possessione sint, & pignori insistant. Relinquendum esse magnis Principibus hoc oblectamentum, ut majorum sedibus exterminati, saltem inanes sibi titulos reservare possint: quemadmodùm pueris dantur crepundia à blandis nutricibus. Totus orbis terrarum exercet histrionicam, ait facetus quidam Author: certè nusquam magis scenæ & populo servitur, quàm in actionibus Magnatum; ubi quò plùs pompæ & ostẽtationis adparet, eò minùs solidæ veritatis subest, &c. Sed ejusmodi prætensiones, non certè parvi sunt momenti, easque callidè Magnates titulis suis inserere videntur, ut datâ occasione habeant bellorum prætextus: & præscriptio impediatur.

IV. Imperium Monarchicum quòd primò omnium propono; ordinem sequor originis, omniumq; ferè gentium ac civitatum morem: à Regibus quæ ab initio tenebantur. Aristoteles, *libr.* 1. *politicor. cap.* 1. Justinus, *libr.* 1. *à princip.* Polydorus Vergilius, *libr.* 2. *de inv.*

Inventio-

Inventorib cap. 2. Monarchia autem, ut ipsa nominis notatio indicat, ea Reipublicæ est forma; unus in quâ imperat, cæteri parent. Et ideò duorum Imperium, Dyarchia, seu Duumviratus, Triumviratus &c. Aristocratiæ quædam species sunt. Neuter quia inibi alterius imperio tenetur, neuterque sine alterius consensione imperare potest: sed utriusque summa potestas, & inde neuter est Monarcha. Bodinus, *li. 2. de Republ. cap. 2. à princip.* Arnisæus, *libr. 1. doctr. in. politic. cap. 9. fol.* 192. Johannes Crügerius, *in Collegio politico, Disputat. 4. thes. 7. & seq.* D. sentit equidem pòst Keckhermannum, Daniel Otto, *cap. 7. Iuris publici, fol. mihi* 155. *& seq* eò quòd isti Collegæ, plerunque inter se provincias distribuebant. Verùm hoc capio administrationis, non juris Imperij ratione. Et sic olim Sparta duos habuit Reges, indivisim imperantes. Sicque Marcum Antoninum Philosophum, & Verum Antoninum (qui duo pariter Augusti, primi simul Rempublicã gubernaverant Romanam) simili ac pari Majestatis imperio regnâsse, Julius attestatur Capitolinus, *in vitâ Veri Imperatoris.* Et post hos Valentinianus, morem institutum antiquitus supergressus, non Cæsares, sed Augustos germanum nuncupavit & filium; ac eos absque diminutione aliquâ Majestatis Imperatoriæ socios fecit. Ammianus Marcellinus *libr. 27. historiar. fol. mihi* 461. Sic & Ludovicus IV. Bavarus, & Fridericus Austriacus, Rempublicam Romano-Germanicã, simul administrârunt ex conventione; daß sie das Römisch Reich/mit einander/gleich als ein Person besitzen sollen vnd wöllen. Cuspinianus. Quibus casibus cunctis, duo vel tres bisellium implebant, neque duplici Majestate conspicui erant: sed unam eandemque augebant, non geminato, aut multiplicato Principatus numine, sed nomine: ut loquitur Carol. Paschal. *in suo Legato, cap. 8. à princip.* Quâ tamen Imperii formâ, fermè nil instabilius cogitari posse, politici censent: ut Apharei & Leucippi exemplo, Pausanias, *libr. 4.* probat. In illâ etiam Romulus Tatio intulit mortem. Plutarch. *in Romul.* Eucretides Bactrianorum Imperator, à proprio filio in Regni societatem infeliciter assumpto, occisus fuit. Justin. *lib.* 41. Domitianus Titum vivum sepeliri jussit. Suetonius, *in Vespasiano cap.* 9. Antoninus Bassianus, Getam fratrem interemit. Herodian *libr. 4.* Si enim Pompejus & Cæsar, quos & populi potestas, & auctoritas patrum, poterat cohibere: si Narses & Bellisarius, sine æmulatione vivere nequiverũt, quantumvis Imperatori subjecti, quid de ijs speremus, quibus tantum licet, quantum libet? Parcissima fuit Regum Lacedæmoniorum potestas; & tamen quòd in vnicâ tantùm re concorditer vixerint, Pausanias, *in Lacon.* scribit. Usque adeò summè necessarium ad essentiam Monar-

chiæ requisitũ est, ũt unus rerum potiatur: quandoquidem Regnum nõ capit duos, Senec. *in Thyeste.* & socium ferre, nec Regna, nec Tædæ sciunt. Idem, *in Agamemn.* Quod elegantissimè exprimunt Itali in hunc modum: *Amore e signoria, non voglion compagnia.* Et Ovidius, *li. 3. de arte amandi*: *Non benè cum sociis, Regna Venusque manent.* Si tamen ulla necessitas cogit, Imperantes multiplicari, plures satius est præfici quàm duos. Triumviratus enim Pompeij, Crassi & Cæsaris, Plutarch. *in Craß.* Lepidi item, Antonij & Augusti, Dion. *in August.* tàm diu stabilis fuit, quàm diu duorum simultates, tertij auctoritas repressit.

V. De eâdem propè formulâ Imperium est, quòd duo pluréve in unâ ditione commune habent; sicut in Germania ubique inter Magnates frequentissimum existit. Gesambte/ zwey/drey/oder mehr herrige herrschafften/ so etliche vom Adel vnder einander/ oder mit einem höhern Standt gemain haben. Gail. *libr. singul. de pignorat. observ.* 20. *per Discurs.* ubi scribit, requiri omnium consensum, & potiorem esse cõditionem prohibentis. Hincque esse, ut cùm agitur inter socios de commodo Jurisdictionis, neuter in solidum, nec unus suo nomine sine alio, Jurisdictionem exercere possit. Et socios alicujus territorij, aut castri, quæ pariter possident pro indiviso; super exercitio Jurisdictionis inter se convenire debere, ut vel simul, vel alternis annis, Ein Jahr vmb das ander/ exerceant Jurisdictionem (quod & arridet Camillo Borello, *tract. de Magistrat. Edict. libr.* 1. *cap.* 1. *num.* 158. *&c.* Nec hîc prævalere illud, quod à parte majore adprobatur: cùm quippè territoria talia, communia sint pluribus, ut singulis; non ut universis: vide etiam omninò Covarruv. *pract. quæst.* 40. Modest. Pistor. *part.* 2. *quæst.* 86. Jacob. Wernh. Kyllinger, *de Ganerbinat. Discurs.* 8. Hacque ratione inter hosce Condominos & Optimates in Aristocratiâ, magna differentia existit. Et fuit illustre Condominatus exémplum olim, inter Galliæ & Hispaniæ Reges, cùm pro indiviso possederunt Regnum Neapolitanum. Afflict. *decis.* 403. *num.* 1. *&c.* Et insuper in casu talium Condominorum neutri quoque in alterum cõpetit Jurisdictio; impares licèt inveniantur, tituli respectu. Et ita nec unus ex Condominis castri alterum punire potest, sed recurri debet ad superiorem. Johannes Petrus Surdus *consil.* 47. Nicolaus Betsius, *de pact. familiar. Illustr. cap.* 8 *fol.* 447. Etenim par in parem imperiũ non habet: & nec de jure debet quis per suum superiorem subijci pari, nec ei infeudari, quia etiam asinus intumescit, cùm videt se adprehendi à suo pari. Nevizan. *consil.* 12. *nu.* 58. *inter consilia Bruni.* Dicit item Baldus, *in l. heres per servum, ff. de adquir. hered.* pòst Oldradũ,

quod

quòd ubi duæ sunt Jurisdictiones, una nihil in alteram possit: nisi territoria sint diversa. Castrensis *in l. est receptum, num. 2. ff de Iurisdict.* Competit nimirum Jurisdictio Condominis tantùm in homines loci; & ideò solùm Jurisdictionem contra subditos exercere possunt; idque etiam ampliari solet, licèt administratio & exercitium Jurisdictionis, vel temporis; vel loci ratione sit divisum. manet enim nihilominùs ipsum dominium Jurisdictionis, apud quemlibet pro indiviso. eleganter Kyllinger. *de Ganerbinat. Discurs. 9.* Sed tamen ex decisione quâdam Rotæ, refert Borellus, *dict. cap. 1 num. 168.* per delictum amittere Condominum Jurisdictionem, & sic remanere inferiorem. Sed verò quis dispiciat, an deliquerit, vel ánne habeat aliquas defensiones? Ac porrò etsi Goldastus. *lib. 1. de Majorit. cap. 25.* seniori inter condominos adscribat aliquam prærogativam: hoc tamen intelligi tantùm debet, de sessione & majoritate, non quô ad imperium, vel Jurisdictionem. Et ita ait, ubi condomini pro indiviso possident communes vasallos, tunc de consuetudine Germaniæ offerri solere seniori Domino jusjurandum; ab eóque omnium nomine peti investituram: attamen tunc non esse vasallum unius tantùm, vel insolidum unius, sed omnium simul. Quodque quidam Doctores dicunt, si fratres sint, ad quos Jurisdictio pervenit, majori natu soli cedere administrationem: hoc Kyllingerus *dict. Discurs. 8. n. 108.* ipso rerum usu, & communibus juris principiis refutari tradit. At de condominis, plura Fulvius Pacianus habet, *cap. 36. lib. 2. de probation.* velut, an statutũ à pluribus condominis factum, possit ab uno, invitis cæteris cassari? *num. 21. &c.* An Dominis, contraria præcipientibus, subditi unicuique teneantur obedire? *num. 53. &c.* An subditi Dominos cogere possint, ad se concordandum, vel dividendum usum Jurisdictionis, & qualiter? *num. 56. & seqq.* Quæstionis etiam elegantis est; An unus condominorum ad divisionem provocare queat; & an subditi, inviti, dividi, & unus huic, alter alteri assignari queat? de quâ re ego nil decerno. Huc tandem refero quoque Ganerbinatum. nam & Ganerbij castrorum, vulgò die Ganerben/ vnd Burgkmänner/ oder Burckhleutte/ Condomini dicuntur. Et sic tale Castrũ Ganerbicum est Mülhusi, in Thuringiâ, quod dicebatur Castrum Imperiale. Verùm de Ganerbijs, post Dn. Rittershusium, *in partition. feudal. cap. 17.* & Matthiam Wehnerum, *tract. de verb. & rer. significat. verb.* GanErbschafften, optimè scripsit, jam modò aliquoties laudatus Kyllingerus, & etiam Remigius Feschius, *Disputat. de fœderib. tom. 5. Basiliens. thes. vlt.* ad quos Lectorẽ Benevolũ remitto. VI. Vicissim cum Regnum unum, in duo Imperia separata (per successionem, vel alio modo) di-

vi ditur, quæ jura Majestatis communia non habent, nec invicem cõsilia participant, Aristocraticâ formâ; minimè indè Polyarchia, sed duæ sejunctæ Monarchicæ Respublicæ oriuntur: id quod à me *lib. 1. politic. cap. 1.* ad Reipublicæ definitionem adnotata evincunt. Et Regnorum sunt hoc modo divisorum exempla, in Regno Israëlitico, sub Rehabeam, post obitum Salomonis, bipartito; in Imperio Alexandri Magni, post mortem ejus variè discerpto. Sic & Lusitania, Castiliæ quondam portio fuit. Sic quoque Imperium Romanum, in Orientale & Occidentale, sejunctum fuit. Petrus Gregorius Tholosanus, *lib. 25. de Republic. cap. unic.* Et ita post Constantinum Magnũ, Imperium Romanum, plerumque duo Cæsares tenuerunt; ad Carolum Magnum usque; quo verè separatus ab Oriente Occidens fuit. Anteà enim, etsi Imperii Romani provinciæ divisæ erant, inter duos Imperatores, quod ad administrationem & regimen spectat; manserat tamen communitas quædam; ita ut leges, nomine utriusque Imperatoris toti Imperio darentur, ac si alter sine liberis decedebat, ad alterum gubernatio ac providentia Imperii totius pertineret. Cardinalis Bellarminus *lib. 1. de translat. Imperii, cap. 4. in princ.*

VII. Apud populos eos, qui fœminarum Imperia ferre didicerunt; si Princeps aliquis peregrinus, Regni sibi despondeat heredem, non tàm Dyarchia, quam Monarchia, illorum Conjugum, paribus auspiciis Majestateque regnantium gubernatio, appellanda videtur. Quippenam, qui duo prius erant, matrimoniali mediante agglutinatione, caro una fiunt: horumque individuam propter vitæ consuetudinem, tùm corporum, tùm animorum; nedum potestatis & domus, perpetua intelligitur unitas. *Argum. Genes. 2. vers. 24. Matth. 19. vers. 15. 1. Corinth. 6. vers. 16. l. 1. ff. de rit. nuptiar. l. 1. 6. 15 ff. ad Sctm. Sylanian. add. Rever. Patr. Martin Becanum, in Scholast. Theolog. tit de Legib. cap. 6. quæst. 2. fol. 304.* Sic olim in Hispaniâ, Ferdinandus & Isabella, paribus auspiciis omnia gubernarunt. In Belgio Albertus Austriacus, als Mann vnd Vogt/ oder vorst. her: Isabella Eugenia als Erbin vnd Eigenthumbliche Besitzerin/ Civitatibus iuramentum præstiterunt, ut refert alicubi Meteranus. Quin imò, omnis quam hîc maritus habet, ad tempus saltem durat potestas; quàm diu scilicet vixerit uxor. Ergo cùm perpetua non sit, Majestas dici nequit: sed tantùm Ius administrationis. Quod interdum competit marito, Reginâ etiam sine liberis defunctâ; idque in Angliam, *La courtoisie d' Angleterre* appellari solet: Sed Philippo II. Hispaniarum Regi, post obitum Mariæ, Angliæ Reginæ denegata fuit. *Pier. Mattheieu histor. lib. 1. narrat. 4. num. 15. fol. mihi. 129.* Nec tutum esse videtur,

eam

eam potenti Principi concedi; cæterùm in castro dotali, competere ajunt marito, (utì Domino rei dotalis, *arg. l. dote ancillam.C. derei vindicat.*) officialium constitutionem, usque dum uxor vivit, Gamill. Borell. *libr. 1. de Magistrat. edict. cap. 1. num. 169. &c.*

VIII. At verò ejusmodi Nuptiarum pactis inseritur quandoq; Majestas uti in solidum penes Reginam sit; ac ipsa sine mariti consensu imperare queat. Hâc conditione Maria olim Ungariæ Regina, Sigismundo Bohemiæ Regi; postea Imperatori: ac Patrum memoriâ Maria, Henrici Anglorum Regis filia, Philippo Hispano nupsit. Hocque in casu, maritus nec Imperii, nec in administratione, socius fit uxori. At ubi is habet jus administrandi; tùm maritus non Imperij, sed in administratione tantùm, uxori fit socius. Ut aliâs Princeps Augustæ, multa dat Jura; *l. 31. ad fin. ff. de legib. vid. authorem des Recherches de la grandeur de Rois de Franc. libr. 3. cap. 3.* (ubi de auctoritate, & prærogativâ Reginarum plura habet) & etiam nonnunquàm Senatui, ac consultationibus honoris ergò admovet eandem: uti fecisse Iustinianum, testatur ipsius Constitutio; *8. cap. 1.* (undè simul cum marito, Theodoram ejus uxorem imperitâsse ferunt) Dn. Bachovius, *animadver. ad Treutler. Disput. 2. thes. 1. lit. C. fol.* 47. Sic hîc Regina, eadem Regi tribuere privilegia videtur, quæ ipsa habet: Viro nihilominùs constante in conjugem, domesticæ potestatis auctoritate: cujus cum publicâ potestate, optimè moderatio instituti potest. Et subsequitur tandem, fœminas eas, absolutam Regnorum suorum γυναικοκρατίαν quæ habent, non tàm Reginas, quàm Reges nominari debere: ut adnotat Hermannus Kirchnerus, *in appendic. 1. Disputat. 4. de Republic. & de Legat. libr. 1. cap. 30. num.* 40. ubi subjungit; harum Reginarum maritos, instar privatorum, solùm Nuntium, ipsas verò, jure Majestatis, mittere Legatos. Quam eandem propter rationem Irena, Imperator de Constantinopoli, rectissimè adpellatur, ab Auctore incerto Annalium Francicorum *edito cum aliis consimilibus, à Petro Pithœo, fol. mihi* 17.

CAP. IV.

Regnum plenum, eiusq; exempla.

MOnarchicum imperium, juris gubernandi respectu, in duas tribuitur vulgò formas: Monarchiam nempè Regalem, & Dominicam. Et Regem nempè vocant, qui plenum Regnum habet; παμβασιλεία Græcis dictum, cumque voluntate & arbitrio unius, ad sub-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [19] - 15

jectorum commoditatem Respublica gubernatur. Et hoc administrationis domesticæ ordinem æmulatur; ac tunc intelligitur, cùm vir unus, sic habet res communes, ipsamque Rempublicam in suâ potestate, ut tota ipsa gens vel civitas. Vicemq; is totius Reipublicæ gerit; non secùs ac paterfamiliâs, πρόσωπον familiæ denotat solus (nam & paterfamiliâs domum, arbitrio quidem suo, ad utilitatem tamen familiæ moderatur) subditi verò, libertate ac dominio rerum suarum fruentes, ita sui Principis, vel Regis Legibus obsequuntur; perindè ut ipsè Divinis ac Naturæ Imperiis obtemperandum judicat. Aristoteles, *lib. 3. politicor. cap.* 11. *& seq.* Bodinus *lib. 2. de Republica, cap. 2. num.* 189. *& cap. 3. à princ.* Henningus Arnisæus, *doctr. polit. libr. 1. cap. 9. fol.* 194. Et hujus item imperii proprietates, explicantur in politicâ quâdam Dissertatione, *De iure Liberæ Monarchiæ*, primùm absq; Auctoris nomine edita, nunc operibus Magnæ Britanniæ Regis inserta: *fol.* 179. multa tamen meo judicio habens, quæ barbaricum resipiant dominatum. Cæterùm, plenum hocce Regnũ κατὰ βέλησιν dicunt: cùm scilicèt non secundùm Leges positivas, seu ab aliis lancitas; sed secundùm voluntatem & prudentiam suam, rectæq; rationis arbitrium imperat Princeps. Regnum vicissim κατὰ νόμον est, cùm secundùm Leges præscriptas & consuetudines positas, Respublica à Rege administratur. Johannes Calvinus, aliâs Kahl/ *in not. ad libr. 3 politic. Aristot. cap.* 14. Sicque Rex legitimus, cæteraque ab Aristotele *libr. 3. politicor. 10. &* 11. enumerata genera Monarchiæ, Princeps ubi non summam rerum omnium potestatem habet (qualia pleraque hodiè esse videntur, ita ut nonnulli dubitent, an adhuc purè Monarchica inveniantur) Regnum haud propriè constituunt: ut nec ipse abnuit Stagirita, 3. *politic.* 12, Arnisæus, *dict. cap. 9. fol.* 190. *ac seq.* sed ad statum mixtum referri debent.

II. Ita posteaquàm Populus Romanus in senium vergens, Cæsaribus patrimonium suum regendum permisit; Ammianus Marcellinus, *histori. libr.* 14. & Reipublicæ per unum consuli necesse esset, *l. 2. §. 11. ff de orig. iur.* Legeq; Regiâ omnem quam pridem habebat, Principi contulerat potestatem; Rex is plenarius fuit factus: eique ideò quòd placuerat, Legis obtinebat vigorem, *l. 1. ff. de constit. Princip.* & Legum vinculis exsolutus; *l. Princeps 31. ff de Legib.* quod constituebat, ratum erat: *d. l. 2. §. 11. ff. de orig. iur.* instarque Sacrilegii habebatur, de ejus disputare facto, *l. 3. C. de crim. sacrileg.* Non proindè Romanum Principatum, etiamsi ex Augusti, aliorumque bonorum Principum æstimetur institutis, naturâ diversum à Regno, mediumque inter Regnum & Optimatum ponere possumus statum; ut

contra

contra Bodinum *libr. 1. cap. 8. num. 93.* Freherum *ad Petr. de Andlo. 1. c. 8. fol. 151. lit. b.* & Scipion. Gentil. evici ego, *tract. de Appellation. cap. 2. sect. 3. propè finem.* Certè teste Appiano Alexandrino, qui Adriani seculo vixit (ut ipse dicit *libr 2. de bell. civil.*) quotquot illud Imperium post Cæsarem tenuerunt, ij nomen licèt Imperatoris retinuerint, quo temporarii exercituum Duces olim censebantur; reverâ tamen omnes Reges erant. Principatum item, Regale excedere fastigium, Suetonius, in Caligul. *cap. 22. notat.* Quin nec Regium nomen in supplicibus Libellis abhorrebant. Namque ita Antonium compellat Eudæmon quidam Nicomediensis, *in l. 9. ff. ad L. Rhod. de jact.* Certè posteriores Imperatores, id nominis libenter sunt amplexi eoque erga ipsos viri boni & docti, frequenter utebantur. vid. Guilielmum Barclaium, *libr. 2. contra Monarchomachos, fol. mihi 294. & seqq.* & Bulenger. *libr. 1. de Imperat. Rom. cap. 7.* Sanè fieri non potest, quin & sub Rege fuerint Romani, cùm Reipublicæ, omneq; populi & Senatus Imperium, ad Principem delatum; semperq; Kalendis Januarij, Augusti, ac qui post eum fuerunt alicujus precij, Imperatorum acta, & quæ acturi essent ii, qui tùm in vivis erant, omnia juramento populi fuerunt adprobata. Justus Lipsius, ad Tacitum, *16. Annal. num. 39* Ipsimet quamvis imperantes, popularitatis captãdæ opinionem, novique Imperii firmandi caussâ; pristinæ libertatis, haud pauca reliquerint subdola simulachra. Quod planè & plenè explicat Dionysius *histor. Rom libr. 53.* & jam ego monui suprà, *cap. 2. num. 3. &c* De Caligula quidem, alicubi Suetonius scribit, parùm abfuisse, quin speciem Principatus converteret in Regnum, & capiti circumponeret Diadema: sed hoc tantùm arguere videtur, eum Dominatum adfectâsse. Quod & Ovidius innuit, *libr. 1. Fastor.* Augustum Romulo opponens:

Tu Dominì nomen, Principis ille tenet.

Et Plinius *in Paneg.* Trajanus sedem obtinet Principis, ne sit Domino locus. Trajanus quoq; stans & erectus, ante Consulem sedẽtem, juravit in Leges. Itaq; Plinius, *dicto loco*, exclamat hunc in modum: Rem, inquit, novam, & nunquàm ante hâc auditam! Jurat is, per quem juramus. Et sub occasum Imperii, Rex Theodoricus, ut Senatus populiq; Romani gratiam ambiret: Ecce, inquit, Trajani nostri clarum seculis reparâmus exemplum: jurat vobis, per quem juratis; sic enim Cassiodorus. Verùm & nec tale juramentum vim Principatus resolvit: ut docui *libr. 1. politicor. cap. 8. num. 29. &c.*

III. Hûc pertinet Disputatio; An Senatus, retinuerit jus suum sub Imperatoribus, quod antè sub populo habebat? Magnas Sena-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [21] - 17

tus etiam sub Imperatoribus, prærogativas, Philippus Berterius recenset, *pithan. libr.* 1 *cap.* 7. Sicque Alexander Imperator ad Senatū, Lampridio teste: Et vos ipsi Magnifici, unum me de vobis esse censete; potiùs quàm Magni nomen ingerite. Ac etiam Senatores, pars corporis vocantur, ab Arcadio & Honorio Augustis, in *l. quisquis, C. ad Leg. Iul. Maiest.* Quod luculenter expressit Corippus, *libr.* 2. ubi hæc tribuit Justino:

— Vos ô mihi proxima membra,
Conscripti patres, nostri spes maxuma Regni;
Vos estis pectus, vos brachia verticis huius.

In ipso etiam Senatu Romano, nō nihil residebat Majestatis, quod avelli, etiamsi abscederet Princeps, poterat nullo modo. Et nimirùm publicum fuit illud Concilium orbis Romani, in quo etiā Imperio Imperatorū vigēte, de Reipublicæ summâ, sæpè fuit actum. Unde Probꝰ, auctore Vopisco, in epistolâ ad Senatū: Vos estis Mundi Principes, & semper fuistis, & in vestris posteris eritis. Et porrò in Ecclesiæ sanctissimis conventibus, cùm vota fierent pro incolumitate Imperatoris, Senatui acclamatū lego: ut in Synodo Chalcedonensi, *act.* 1. Multos annos Imperatori, multos annos Augustæ, multos annos Senatui. Imperium dabat, exercitus confirmabat Senatus. Sed & ab amplissimo Ordine, bellum indici solebat prisco more, quem bonos Principes, senescente jam imperio, non puduit renovare. Ad Honorium pertinet, quod de Stilichone, *in* 1. *eius Panegyr.* cecinit Claudianùs:

—Censebat bella Senatus:
Neglectum Stilicho iam tot per secula morem
Rettulit, ut Ducibus mandarent prælia Patres,
Decretoque togæ, felix Legionibus iret
Tessera—

Legatos etiam ad Principes exteros, eodem tempore, pacis conciliandæ ergò, Senatus decreto missos, docet Priscus, *in Eclog. Gothic. hist. de Legat. ad Hunnos.* Vetusque erat Decretum, ne quis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu probatus. Tertullian. *in apologet. fol. mihi* 20. Senatus item hostes pronunciabat Imperatores, qui notoriè erant Tyranni: ut dixi *libr. 2. politic. cap. ult. num* 55. Sed hæc non infringunt Romani Principis Regiam potestatem. Auctoritas etenim Senatus, ut olim Populi haud minuebat Majestatem: ita nec Principis Maiestati quicquam decerpebat: Jus suum nunquā deseruit, vel transtulit in Principem Senatus: vid. Pisonē Soacium, *tract. de comparat. Romanor. & Venetor. Magistrat. sub num.* 18. *&c.* Paulum Bu-

lum Bûsium, *libr. 2. de Republic. cap. 7. & 8.* D. Joachimum Cluten, *in Parodox. thes. 15 tom. 2. Disput. Basiliens.* ac Senatus id erat tùm, quod nunc Ordines, sive Status. Namque in gravioribus Senatum consulere Principes tenebantur, iisque plerunque exitio fuit, si neglexerunt ac contempserunt Senatus auctoritatem. Quamvis sub Principibus malis, in adulationem Principum conversus Senatus; insontes, fontesque nullo discrimine condemnare, sævientibus Principibus damnatos permittere, flagitiosissimos cives, in gratiam Principũ ex reis eximere, ac Principibus condonare, innocentissimis hominibus negocium facessere, delatoribus favere, Principum denique impotentissimis factis subscribere, auctoremque se præbere, premente servitute fuerit coactus, Soacius, *dict. loc. num. 19.*

IV. Quæri hîc & illud potest: An Populus Romanus communicaverit tantùm suam Majestatem cum Imperatore; anne verò eâ se prorsus abdicârit? Duarenus *ad tit. ff. de constitut. Princip. cap. 1.* & Dn. Bocerus, *tract. de crim. Maiestat. cap. 1. num. 26. &c.* posterius negant, ex eo, quòd etiam sub Principatu, adhûc Majestatem aliquam penes Populum fuisse, ex multis Legibus edoceri queat. Attamen id ego capio de reali Majestate: *argum. traditorum à me, libr. 1. politic. cap. 2. num. 3.* & personalem Majestatem, planè penes Imperatores fuisse puto: *quod docet manifestè l. 1. ibi, omnem, Item ibi, transtulit. ff. de constit. Princip.* Nec impedit *L. de quibus 32. ff. de Legib.* ubi respondet Julianus, quòd ipsæ Leges, nullâ aliâ ex caussâ nos teneât, quàm quòd judicio populi fuerint receptæ. Namque respicit Julianus ibi, populi potestatem, qualis olim fuit: ac non potest post Regiam Legem, consensus populi aliquid contra legem. *l. 2. C quæ sit long. consuet.*

V. De Regiâ item Lege; An & quandò fuerit lata, Romæ? varii variè differtant: hacque de re præ aliis eruditissimè pertractârunt, Clarissimus Dominus Thomas Lansius, *Discursu de Lege Regiâ, jam etiam Disputationibus Basilienſibus inserto.* & Justus Eccardus (competitor quondam meus) *in singulari explicatione ejusdem Legis.* Quibus jungi possunt, Marcilius, *in Commentar. institut. ad §. sed & quod Principi. instit. de iur. nat. gent & civ. fol. 33.* Paurmeister, *lib. 1. de iurisdict. cap. 5.* Johannes Stuckius, *exercitat. Iustin. part. 1. decad. 1. assert. 6. fol. 106.* Ego rem, non nomen, in Antiquitatum monumentis inveniri puto. Et certè Augustus, Imperij Romani formator (qui cuncta discordiis civilibus fessa, sub Imperium recepit) cùm primus omnium, vinculis & necessitate cunctarum Legum, decimo ipsius Consulatu solveretur: legeque latâ factum fuit, ut is esset Dominus & populi, & legum: tunc legem de Imperio ejus latam. Dion. *lib. 53. & 57.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [23] - 19

eiusq; epitomator Xiphilinus (ut scilicèt à populo accepisse, non vi Imperium rapuisse videretur. Guilielmus Onciacus, *quæst. iur. philosoph. 26.* Arnold. Clapmar. *lib. 2. de Arcanis Imperior. cap. 15.*) sed subsequenti demùm tempore, ab effectu & vi, quæ antè Imperij Lex, Regiam postea appellatam fuisse, probabile est; *l. 3. C. de testam.* quod & placere puto Ludovico Charondæ, *1. vero simil. 2.* vide etiam me *in Oeconom. tit. 3. & 4. lib 1. ff. quæst. 8.* Hæcque Lex repetita videtur vel tacitè vel expressè, in successoribus Augusti: ut de Caligulâ Suetonius scribit, *in vitâ cap. 14* & de Vespasiano attestatur, quod adhuc Romæ in Capitolio extat illius legis fragmentùm, æneæ Tabulæ incisum, ac ita se habet: Fœdus cum quibus volet, facere liceat, ita uti licuit Divo Aug. Ti. Julio Cæsari Aug. Tiberioque Claudio Cæsari Aug. Germanico. Utique ei Senatum habere, relationem facere, remittere: Scta, per relatiõnem, discessionemque facere liceat, ita uti licuit Divo Aug. Ti. Julio Cæsari Aug. Ti. Claudio, Cæsari Augusto Germanico. Utique cùm ex voluntate, auctoritateve, jussu, mandatuve ejus, præsentéve eo, Senatus habebitur, omnium rerum jus perindè habebitur, servetur, ac si è Lege Senatus edictus esset, habereturve. Utique quos Magistratum, potestatem, Imperium, curationéve cujus rei petentes, Senatui Populoque Romano commendaverit, quibusve suffragationem suam dederit, promiserit, eorum Comitijs quibusque extra ordinem ratio habeatur. Utique ei fines pomerij proferre, promovere, cùm ex Republicâ censebit esse, liceat: ita uti licuit Ti. Claudio Cæsari: Aug. Germanico. Utique quibus Legibus, plebisve scitis scriptum fuit, ne Divus Aug. Tiberiusve, Julius Cæsar Aug. Tiberiusque Claudius Cæsar Aug. Germanicus teneretur; ijs Legibus, plebisque scitis, Imp. Cæsar Vespasianus solutus sit: quæque ex quaque lege, rogatione, Divum Aug. Tiberium, Julium Cæsarem, Aug. Tiberiumve Claudium Cæsarem Aug. Germanicũ, facere oportuit: ea omnia Imp. Cæsari Vespasiano Aug. facere liceat. Utique quæ ante hanc legem rogatam, acta, decreta, imperata, ab Imperatore Cæsare, Vespasiano Aug. jussu, mandatuve ejus à quoquã sunt: ea perindè justa, ratáque sint, ac si populi, plebisve jussu, acta essent. Si quis hujusce Legis ergò adversus Leges, rogationes, plebisve scita, Senatusve consulta fecit, fecerit, sive quod eum ex lege, rogatione, plebisve scito, Senatusve consulto facere oportebit, non fecerit hujus Legis ergò; id ei ne fraudi esto, neve quid ob eam rem, populo dare debeto: neve cui de eâ re, actio, neve judicatio esto; neve quis de eâ re apud .... cisinto. Justus Eccardus, *in dict. explicat. fol. 28. &c.* Sed tamen hæc Lex non sic lata fuit, ut sua cuique Principi cer-

cipi certis conditionibus potestas tribueretur: namque ut habetur *in l. ff. de offic. præfect. prætor.* regimenta Reipublicæ ad Imperatores perpetuò translata fuerunt. Verùm & hujus Legis solemnem repetitionem, refero ad simulacra, quibus populum Romanum illi Principes dementârunt.

VI. Et sic hodiè quôque, penes *Galliæ Regem*, rerum omnium arbitrium est. Regnum illud παμβασιλεία jure habetur: cùm apud eos tantum valeat Regium nomen, & tanti quæque res sit, quanti à Regibus æstimetur. Jus namque habet & auctoritatem, bellum hostibus indicendi, pacemque cum ijs firmandi, fœdera cum alijs Principibus, Rebusque publicis pangendi; tributa & vectigalia imperandi, Magistratus creandi, leges constitutionesque sanciendi, privilegia dandi, aliaque infinita, pro suo nutu agendi: adeò ut quicquid lubet ei ferè liceat, & quicquid dicit, instar legis sit. latè Auctor Thesauri Politici, *part. 1. relatione di Francia, fol. mihi 183. & seqq.* Quæ tamen eâ ratione cuncta peraguntur; ut nil nisi quod juri atque æquitati consentaneum sit, sibi licere intelligat. Et indè etiam, eò semper laudabilior æstimatur, suisque charior habetur, *quò in Statuum convocationem propensior*, inque suggesta ab ijs salutaria omnibus consilia pronior est; ad Aristocraticamq; gubernationem accesserit propiùs. Paulus Merula, Cosmographiæ, *part. 2. libr. 3. cap. 17.* Vincentiùs Lupanus, *tract. de Magistratib. Francor. 1. cap. 1.* Olim sanè, Franco-Galliæ Regnum, haud parùm admixtũ habebat Aristocratici Imperii. Christophorus Lehemann/in der Speyrischen Chronikh. *libr. 2. cap. 4.* (ubi juramenti formula habetur, quod Statibus Francorum, olim Reges præstare solebant) Dn. Bruningh. *de homag. thes.* 428. Fuitque tempus, quo ibi omnia ad trium Ordinum conventus referrentur, quæ ad Regnum constituendum pertinerent. Lupanus, *dict. tract. libr 2. à princip.* & addatur Hotomanni *Franco Gall. passim.* Sed cùm Ducatus, qui ibi erant, libertate & potentiâ præeminentes, jam pridem Coronæ uniti: ac Senatus Francorum, qui Regibus priùs adesse cõsueverat, & cum ijs de Republicâ consilium capere (eâdem fortunæ vicissitudine, quâ olim Senatus Romanus) in Judicum curiam transmutatus; eique Regum ac Regni omnis procuratio adempta, & ad Rempublicam propriatim pertinentia negocia, Consilio primùm familiari, seu privato, mox ab Henrico III. Consilio *del' estat* indigirato, delata sint: Bodinus *libr. 3. de Republic. cap. 1. num. 249. &c.* absolutum quin exindè Regnum fuerit effectum, minimè est dubitandum: ut ego jam olim observavi, *in Tract. de Appellat. cap. 2. sect. 16. ad fin. ac sect. 21.* Hûc alluſit Moguntinus Elector, *in Oratione, quæ*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [25] - 21

apud Sleidanum libr. 1. extat. cùm ait: Multi fuerunt olim in Galliâ viri Principes, nunc autem in angustum eorum numerus est redactus. Nam Rex propè solus omnia tenet. Animi fortitudinem ei (Francisco puta primo) tribuunt, sed ad Monarchiam ille spectat, nobis autem inprimis Aristocratia est retinenda. Et item addere lubet, quæ Guilielmus Barclaius habet, *cap. 5 Iconis animorum, fol. mihi 144. &c.* ubi de Galliâ & Britanniâ ita scribit: Exterminari Numinis consilio, regnantiumque industriâ, Optimates, quorum suspectæ vires erant. Nam quis porrò Regibus locus, si Neustriam, Armoricos, Aquitaniam, Æduos, Arvernos, Pictones, Provinciam atque Campaniam, sui ut quondam Reguli, Ducum titulis, Comitũve obtinerent; viribus suis tuti, & velut precario obsequio Regem minorem tantùm non despicientes? In Britanniâ autem formidabiles Ducum opes, Comitesque Palatini, regio propè jure, factionibus & clientelis graves, quibus Regnum cladibus miscuerunt? Quâ sæpè in Reges atroci conjuratione certârunt? Et nec Parisiensem hodiè Senatum, ullo ampliùs Imperio Regiis Sanctionibus obstare posse; apparuit Anno M. D. XCIX. cùm illo invito, Religionis pax reduceretur. Quam in rem videre licet, Orationem ipsius Regis, habitam tùm ad Adsessores Parlamenti, apud Meteranum, *libr.* 20 ac etiam Rodolphũ Boterejum. Sic etiam Anno M. D C. XV. is qui nunc imperat Rex Franco-Gallorum, ad se avocavit cognitionem arrestorum seu sententiarum, quæ transierant in rem judicatam. Mercure François, *tom. 3. fol.* 640. Ac quoque Anno eodem, voluit sibi Parlamentum aliquid asserere de Regni administratione, sed irrito conatu. Mercure Francois, *tom. 4. fol. 19 &c. ac fol. 35 &c.* Sic itidem monet Cominæus, *libr. 2. cap. 14. fol. mihi 176*, Pacificationes à Curiâ Parlamenti quidem ratihaberi, nec aliter validas censeri: sed tamen à nutu Regis, Curiam ipsam dependere. Ut & porrò confirmatio Legum, aliorumque Edictorum, ejusmodi Senatui concessa, haud imminuit Majestatem, *arg. l. 8. C. de Legibus.* Et tandem sunt, qui putent, maximè Ludovicum XI. Regiam Galliarum administrationem, in παμβασιλείαν commutâsse, nulliscq; Legum repagulis coercitam potestatem primùm invexisse. Ut & ille idem jactanter adfirmare solitus fuit: suâ potissimùm operâ, Regnum Gallicanum, quasi de tutelâ, ad plenam pubertatem fuisse redactum.

VII. Et item Imperium Castellanum, Regnũ hujus primæ speciei existit. Genes. Sepulveda, *ad libr. 3. politicor. Aristot. cap. 11. nu. 5.* Didac. Covarruv. *practic. quæstion. libr. 1. quæst. 1.* Etenim post Maurorum & Arabum invasionem, sublatoque ab hostibus Roderico,

ac rebus

ac rebus in extremum discrimen adductis; quæ in montes Asturiæ confugerant reliquiæ Christianorum, plenum Regnum, in omnesque & in omnia, potestatem arbitriumque liberum, Pelagio (ex Regio Gothorum sanguine viro optimo & fortissimo) detulerunt. Cujus posteri, hereditario jure annos plùs octingentos, continenti jam regnant successione.

VIII. Et tale pariter Regnum existit Anglicanum. Namque inibi vita, caput, & auctoritas in Principe est omnium, quæ inibi geri solent. Thomas Smithus de Republicâ Anglorum, *libr. 2. cap. 4. & 5.* Et certè, cùm Nortmanniæ ille Spurius in Angliam veniret, seque ejus constitueret Regem; id factum fuit vi, & exercitu præpotente. Leges tulit, nullas accepit, veteres antiquavit, formam regiminis immutavit; multisque indigenis possessione suâ pulsis, extraneis, à quibus fuerat adjutus, bona ipsorum dedit, illosque in eorundem substituit locum. vid. Johannes Selden, *libr. 2. Iani Anglorum.* Parlamentaria verò Comitia Anglicana, in quibus omnem Augustæ, absolutæque potestatis vim positam esse, quibusdam videri posset; nihil aliud sunt, amplum quàm Regis Consilium, quod ipse abrogandis, condendisque legibus, & censui procurando publico, ac ut de Regis & populi utilitate, publicè inirentur deliberationes, cogere solet: de Majestate, quæ ideò nil decerpunt Imperantis. Smithus, 2. *cap.* 2. & vide Orationem Serenissimi Angliæ Regis, habitam in Ordinum conventu, Anno M. DC. V. IX. Novembris, & est in operibus numero secunda. Scotiæ porrò Regnum, an mixtum, vel purè Monarchicum sit? dubitare licet. Legitimis Regnis Buchananus, *libr. singul.* trāscribit: plenis Magnæ Britanniæ Rex, *in Dissertatione* de Jure liberæ Monarchiæ, *fol.* 34. *&c.* & in operibus *Regiis fol.* 187. ubi it a is scribit: Reges in Scotiâ, ante hominum ullos status, vel ordines institutos, ante Comitia ulla celebrata, & ante ullas leges latas; ab ipsisque territorium (quod priùs totum ipsorum erat) fuisse distributum; status decretos, formasque regiminis introductas & confirmatas, Et ita Leges à Regibus, non à Legibus Reges constitutos. Ex instrumentis archivi patere, Regem esse Dominum omnium bonorum, Dominum item directum totius dominij, omnes autem suboditos esse tantùm ejus vasallos, & quoscunque possident agros, esse ipsius, tanquàm supremi Domini Feudi: qui ea pro cujusque erga se meritis prorsus mutet, novos erigat Baronatus, veteresque uniat, inconsulto Parlamento, omnique alio inferiori foro.

IX. Hetruriæ quoque Magnus Dux, Regiam planè nunc in suos habet potestatem, ad suamque opinionem statum dirigit, ut

Rempublicam omnem. Thesoro politico, *part. 1. relat. di Firenza.*

CAP. V. & Ultimum.

De Monarchiâ Dominicâ, ejusq; exemplis.

IN secundâ specie Monarchiæ, quam herilem Dominatum, & quâdoque legitimam Tyrannidem vocant: Princeps Libertatis, fortunarumque omnium Dominus est; sibique subjectis, ut Paterfamiliàs servis (aut belli Imperator, militibus) imperat. Taleque Regnum describitur Danielis, *cap. 5. vers. 19.* Quos volebat, interficiebat, & quos volebat percutiebat, & quos volebat exaltabat, ac quos volebat humiliabat. Rever. Pater, Adamus Contzen/*politicor. libr. 1. cap. 15. num. 3.* Jura naturalia & civilia benè gubernare, boni Principis est; civilia sola tollere, Domini: at naturalibus etiam vim facere, est Tyranni: Benedictus Winckelerus, *libr. 4. de Princip. Iur. cap. 13. fol. mihi 435.* Dominatus & Principatus diversi Naturâ: Dominus conditionis propriè, non honoris nomen est. Et filiusfamiliàs Dominulus, seu Dominus minor adpellabatur. Emundus Merillius, *observat. libr. 1. cap. 36.* Eaque mente, Dominum se servorum, Imperatorem Militum, Principem cæterorum, id est, liberorum, sæpiùs Tiberius Imperator dixit: Dion. *histor. libr. 57.* eò innuens tacitè, Dominum orbis natum esse. Cardinalis Baronius, *Anno Christi 16 ad fin.* Domini pariter adpellationem ob maledictum & opprobrium, semper exhorruit Augustus: quòd id judicio esset, reliquos existere servos. Suetonius, *in August. cap. 53.* Guibertus Costanus, *in Polyhistore, cap. 16.* Ut & omnes melioris notæ prisci Imperatores; solos Deos Dominos adpellandos esse reputaverunt. Bulenger. *libr. 1. de Imperat. Rom. cap. 36.* Valentinus Guilielmus Forsterus, *tract. de dominio cap. 2.* Cunradus Rittershusius, *in Commentar. ad Epistol. Plinii, fol. mihi 41. &c.* Sic & Martialis, de Domitiano inquit: Edictum Domini, Deiq; nostri. Quo versu adulatoriè ad Historiam Poeta respexit: constat enim, Domitianum Imperatorem perindè ut olim Caligula fecerat, coegisse homines, ut se Dominum, Deumque adpellarent. Sextus Aurelius Victor, *in Domitian.* Et Martialis quidem, poeticâ suâ licentiâ seu levitate, unà cum Principe, libertatem quoque & calamum mutavit. Ecce enim quàm minimè cum superioribus conveniant ista, *libr. 10.* Dicturus Dominum, Deumque non sum: Jam non est locus hâc in urbe vobis (ô Blanditiæ, has enim alloquitur, in Epigram.

gram. illo) Non est hîc Dominus, sed Imperator. Quemadmodum autem Martialis, Domino Imperatorem opponit; sic & Plinius *in Panegyr.* eidem opponit Principem, & Dominationi Principatum ac Regnum. Ita enim ejus sunt verba: Scis, ut sunt diversa naturâ, Dominatio & Principatus; ita non aliis esse Principem gratiorem, quàm qui maxumè Dominum graventur. Et paulò pòst: Hic (Trajanus) Regnum ipsum, quæque alia captivitas gignit, arcet ac submovet, sedemque obtinet Principis, ne sit Domino locus. &c. Sicque etiam Beatus Gregorius Magnus, ad Phocam Imperatorem scribit: Hoc interesse inter Reges gentium, & Reipublicæ Imperatores; quòd illi Servorum Domini sint, Cæsares Liberorum. Hunc namque Dominatum, Auctores Latini, interdum in specie Regnum dicunt. Paulus Busius, *libr. 2. de Republic. cap.* 2. Et tamen videtur diù ante Plinium, morem invaluisse; ut à Præsidibus, item Procuratoribus, & Legatis suis, eo honoris vocabulo adpellarentur: ut & Plinius ipse, nõ à Domini abstinet adpellatione, ad Trajanum scribens. Quin & tandem majora fuerunt nomina usurpata: vestra æternitas, vestrum numen &c. Pasquier, *libr. 7. des Recherch. cap. 5.* & talibus Symmachi liber 10. Epistolarum scatet.

II. Sunt verò, qui Imperium ejusmodi herile, quod non modò rerum sed & personarum dominium trahit; Reipublicæ aut πολιτείας haut ornare adpellatione, contraque naturam esse volunt. Thomas Smithus, *libr. 1. de Republic. Anglor. cap.* 10 Qui Pater patriæ, quomodò Dominus esse potest? Attamen non est Imperium id, contra ingenium & inclinationem gentium nonnullarum: & interdùm regendi sunt ferreâ virgâ, propter pravitatem, qui ferulæ cedere nolũt. Et etiam est in hâc Imperij formâ, Distinctio servorum & liberorũ: *libr. 1. Samuel. cap. 8. vers. 16.* Sed tamẽ Principis respectu, liberi quoque sunt servi. Ac Dominica hæc Monarchia, ferè semper in usu apud Barbaros fuit; qui hoc naturâ sunt quod servi Aristot. *lib. 1. politic. cap.* 1. Et quibus indè nullum aliud Imperium conducit atque salubre est; nec ferè aliud expetere solent. *libr. politic. eod. cap. 3. ad fin. Item libr. 3. cap.* 4. Balthas. Castilio. *in Curiali, sive Aulico, libr. 4. fol. mihi 295.* Undè Tyrannis legitima vocari solet: *libr. 4. politic. cap.* 10. & ita antiquitùs Tyanni nomen haut invidiosum erat: quin & Isocrates, alijque, sæpè Tyrannum pro Rege dicebant: quod & poetæ cùm Græci, tùm & Latini factitârunt. Subjungere nunc libet servilis hujus inclinationis exemplum. Rustici, ac agrestes in Livoniâ homines, Nobilium ibi misera mancipia sunt, & diurnum si laboris pensum haut solvant, aut Dominos suos irritent, vapulant miserrimè

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [29] - 25

Hos cùm Poloniæ Rex Stephanus, Anno M. DLXXXII. vocari, eisque significari jussisset, duræ se illorum misereri conditionis, velle ideò eos à plagis & verberibus vindicare, ac mulctam si peccaverint, imponere mitissimam: Ei Rustici, antiquas se consuetudines mutari nolle, omniaque dura malle perpeti, responderunt, novitatē quàm aliquam introduci. Lorentz Müller in der Septentrionalischen Hist. *fol. mihi* 32. Quos, similesve alios, quis sub civili, Regiove Imperio, commodè vivere posse crediderit?

III. Servilis hæcce natura, provenire videtur ~~*ex male dictione quadam Divinâ*~~: quâ primùm adfectus Canaan fuit, Genes. 9. *vers.* 25. *ubi* Oth. Gualtperius, *in collatione Translationum*. Accedit diutina consuetudo, & quòd Domini hâc subditorum vilitate delectantur; quos sanè ad civilitatem pedetentim redigere possent. Nam & Israël liber populus factus fuit ex servis, eoque in loco, ubi circumcirca erant Dominatus. Hoc quidem Imperium, principaliter respicere videtur Domini utilitatem: sed nihilominùs saltem ex accidenti ad subditorum utilitatem refertur. 3. *politic.* 4. Et ita verè Tyrannis est, quandò omnia & singula, ad unius, qui rebus gerendis præesse videtur, placitum ac commodum referuntur; salute publicâ nihil curatâ: imò planè neglectâ & eversâ. In Dominatu verò, salus subditorum non evertitur omninò, quamvis primariò prospiciatur gubernantis utilitati. Quippè nam secundariò attenditur quoque utilitas subditorum. Johannes Crüger, *in Collegio politico, Disput. 4. thes.* 14. Et hîc ergò probè notandum est, quod illâ de Reipublicæ specie, Busius scribit, 2. *politic.* 3. *num.* 4. *&c.* Id, inquit, in Statu Dominantis observandum, eum quidem plerunque Consilium aliquot præcipuorum Magistratuum habere, cui graviora quæque communicet: non tamen teneri eum ijsdem; adeoque & aliter eum, quàm isti consulāt, agere pro arbitrio posse. Denique & in bona subditorum, sibi non Imperium modò, sed & propè Dominium usurpant, maxumè si bello devicti sint. Certè exactionum & tributorum modum excedere pro lubitu possunt, eò quòd nullus Ordo ei dicere legem queat. Planè si in hâc quoque re modum excedant, vel sævitiâ nimiâ agant, nō minùs ipsi, quàm Principes potestate abutentes, Tyranni censentur: cui opinioni firmandæ nullas subjungit rationes. Hincque Demetrio Moscovitarū Imperatori vitio vertebatur, quòd alienigenis stipatoribus uteretur. *Aussi que toutes les affaires ne se gouuernoyent plus que par les Polonois, les quels estoient dans le cabinet de l' Empereur, tandis que les Ducs & Seigneurs Russes se promenoyent dans la sale.* Mercure Francois, *tom.* 1. *fol.* 111. *b*. Nulla itidem omninò Respublica, ne Dominatus

minatus quidem est; sed pura insanaque Tyrannis, ubi rustici tractantur ut vilissimi servi, ubi in usu habentur versiculi vulgati, apud Richterum, *Axiom. historic.* 28. extantes:

Rustica gens est optima flens, sed pessima gaudens:
Vngentem pungit, pungentem rusticus ungit.

Quod ita exprimunt Galli: *poignez un vilain, il vous oindra; oignez un vilain, il vous poindra.* Rustici potiùs, & si qui naturâ sunt servi, severiori disciplinâ ad bonum sunt ducendi, ad laboresque adigendi: non verò eorum labore ac sudore, privati commodi caussâ abutendum est. Et hoc est, quod Itali dicunt, *che per sicuramente regnare, fa bisogno tenere i popoli bassi* Boccalini, *cen. 1. ragg. 67.*

IV. Et de tali Rege, Regnoque Samuelem Prophetam loqui, in propatulo est; quia nempè (1) Israëlitico populo, rationem illam Regis, qui super eum regnaturus fuit, pluribus explicat, & tandem subjungit: Vos ei eritis in servos, *libr. 1. Samel. cap. 8. vers. 17.* Ac (2) Regem etiam ipsimet petiverunt Israëlitæ, assimilem scilicèt Imperatoribus, vicinarum (Barbaricarum puta) nationum, *dict. cap. 8. vers. 5. & 20.* Quod & adprobat Georgius Buchananus, *tract. de jure Regni apud Scotos, B b. 8.* cùm ait: Quid igitur petunt? Regem, qualé vicinæ gentes habebant; qui domi Judex, foris Imperator esset. Erat autem reverâ Tyranni. Nam ut Asiæ populi, magis servili animo sunt, quàm Europæi; ita Tyrannorum Imperio faciliùs parebant, nec usquàm, quod sciam, ab Historicis mentio fit legitimi in Asia Regis. &c. Rex item, cujus apud Romanos tàm exosum nomen erat, Dominus fuit, non Rex; prout sumitur in priori specie Monarchiæ Et ita apud Tacitum, *libr. 2. Annal. in edit.* Annibalis Scoti, *fol. 171.* Piso ægrè tulit, in convivio Regis Nabatæorum, Germanico Cæsari & Agrippinæ, coronas aureas magno pondere, sibi aliisque leves offerri: subjungens tandem, Principis Romani, non Parthi Regis filio, eas epulas dari. *& vid. supr. hoc cap. num. 1.* Sicque intelligo & illud, quod de Caligulâ Suetonius refert. *cap. 22.* non multùm abfuisse, quin statim Diadema sumeret, speciemque Principatus in Regni converteret formam. Attamen prisci Romani Reges, haut Dominatum exercuerunt: *ego libr. 1. politicor. cap. 8. num. 21.* sed eum Tarquinius Superbus demùm adfectavit, eoque sibi exilium, & Regio nomini perpetuum odium conciliavit.

V. Porrò item talis olim Dominatus in Ægypto fuit. Drusius *ad loca Levitic. cap. 89.* Ac vocatur Ægyptus Domus servorum; non tantùm quia Israëlitæ ibi duram serviebant servitutem: sed & quia Ægyptij etiã, servi omnes erant. Origines, *homil. 16. in Genesin.* Ejusq;

respectu Israëlitæ erant servi servorum. Erant Ægyptij ex descendétibus Chami (à quo item Ægyptus terra Cham, & ætate Hieronymi Ham dicta fuit) qui ut suprà innui, *num.* 3. servituti ex Divinâ maledictione addictus fuit. Pariter & Persarum Monarchia Dominatus erat. Rex etenim omnes suæ ditioni subjectos, solâ uxore exceptâ, pro servis, mancipiisque habebat: eoque se nomine indigitari, vel ipsi Regis germani fratres, atque adeò Reguli stipendiarij, haud gravatè patiebantur. Id quod passim exequitur Barnabas Brissonius, *libr.* 1. *de Regio Persarum Principatu.* Keckerman, *Disputat. extraordinariâ* 1. Arnisæus, *doctrin. politic. libr.* 1. *cap.* 9. *fol* 242. Quin & Regi gratias agebat, qui flagellari ab eo fuerat jussus; tanquàm feliciter secum sit actum, quòd Rex ipsius fuerit memor. Stobæus *sermon.* 42. *ex Nicol.* Reges inibi Deorum honoribus colebantur. Ita enim apud Curtiũ *libr.* 8. Cleo Siculus: Persas non piè solùm, sed & prudenter Reges suos inter Deos colere; Majestatem enim Imperij, salutis esse tutelã. Eum adeuntes humi prosternebantur: hancque Persicam προσκύνησιν, Livius *libr.* 9. humi jacentium adulationes; Seneca verô, *de benefic. cap.* 12. *& libr.* 3. *de Ira. cap.* 17. Persicam servitutem vocat. Et quoque Herodotus, *libr.* 3. refert; Cambysem, cùm aliquando ex Juris Persarum peritis percontaretur, nùm qua Lex esset, quæ sinat volentem cum sorore contrahere matrimonium, hoc responsum tulisse: Nullam quidem ejusmodi Legem inveniri, quæ sinat fratrem ducere sororem; sed talem interim reperiri, quâ liceat Regi Persarum facere, quicquid libeat. Quod & Parysatis filio suo Artaxerxi, respondit, cùm videret eum propriæ suæ filiæ amore captum esse. Plutarchus, *in vita.* Hæcque omnia mutuâsse à Chaldæis Assyriisque videntur, quorum Imperium ad hanc classem esse referendum, colligere ex Daniele licet. *cap.* 2. *&* 5.

VI. Itidem nil magis honestum inter omnes, qui se Musulmannos vocant, reputatur, mancipium quàm nominari Imperantis. Indeque is Sultanus, id est, Dominus, non tàm propter latifundia appellatur, quàm quòd personarum ac fortunarum omnium se Dominum ferat. Bodinus, 2. *cap.* 2. *num.* 199. *ad fin. & num. seq.* Arnisæus, *doctrin. politic. cap.* 9. *fol.* 243. Nulla est ibi heredum institutio, nulla successio tàm firma & legitima, quæ non dependeat à solâ voluntate & dispositione Principis. Ac si quem subditorum interroges, cui ædium, quas inhabitat, vel prædiorum, quæ colit & possidet, proprietas attineat? Eam ad Imperatorem spectare, ingenuè profitebitur; cuncti se mancipia Principis fatentur: nulliusque rei proprietatem, sine speciali Imperatoris indulto & favore, sibi vendicare audent. Si ad publi-

ad publicũ munus, dignitatemve quis eorum adſpirat; id quodãmodò cogitur emẽdicare, & precibus exorare, à Principis bonitate. vid. Renat. de Luſingâ, 2. *de Increment. Imperior. cap.* 2. Inibi Decurio ſuis pro lubidine imperat, Decurioni Centurio, Centurioni Beeg, Beegis Santzohanbeegi, his Beegler Beegi, ijs Baſſæ, Baſſis Badèſcha; id eſt Imperator: cujus leges ſunt, Sic volo, ſic jubeo. Atque hujus legibus etiam ſummus eorum Sacerdos, Mufti ſubjectus ſit neceſſe eſt; ſiquidem illum & creat, & deijcit, quandò vult. Budowez *in circul. Horolog. fol* 168. *& ſeq.*

VII. Sic etiam omnis gens Ruthena ſeu Moſchovitica, magis ſervitute, quàm libertate gaudet: adeò ut ſervi de Dominis, uxores de maritis, plerunque conquerantur, ab eis quòd non probè eſſent verberati, verberaque amoris interpretantur ſignum. Louys Guyon, *tom.* 1. *d diverſ. leçons, libr.* 2. *cap* 9. Hincque omnes paſſim cujuſcunque conditionis, *Chlopos*, id eſt, viliſſimos Magni Ducis ſervos ſe profitentur, bonaque mobilia & immobilia, non ſua, ſed Magni Ducis eſſe dicunt. Alexand. Guagnin. *Rerum Polonic. tom.* 2. *in deſcript. Moſcov. cap.* 4. Mercure Françeois, *tom.* 1. *fol.* 31. Hinc de Demetrio, ſcribit idem (Mercurij Gallici) Auctor. *fol.* 111. *Il ſe monſtra meſmes ſi familier, enuers les grands Seigneurs Ruſſes, qu' aucuns l' en meſpriſerent: car ils ſont eslevez en telle crainte, & ſubiection, qu' ils n' oſeroient preſque parler en la preſence de l' Empereur.* Et ita ſervituti, Imperioq; herili eo modo aſſuefacti ſunt Moſchovitæ, ut nemo unquàm ab ullâ hominum memoriâ, ex his, qui regiâ dignitate, & ſummi Imperij faſtigio claruerunt; vel majori crudelitate, vel inſigniori libidine, ac Johannes Baſilides, Moſchoviæ Dux, adverſus cives & exteros ſit uſus. Attamen, ab ineunte ſtatim ætate, ad ſummam rerum Moſchicarum dominationem inopinato eventu pervenit, ac feliciter eam obtinuit, uſque ad ſenectutem. Paulus Oderbornerus, *in ejus vitâ.* Petrus Petreius, von dem Groß Fürſtenthumb Muſchkow / *part.* 2. Pariter tota ferè Aſia, & ſolo Regni Borno excepto Principe; tota etiam Africa, à Dominis regitur: ut oſtendit, Hiſtoricorumque variorum firmat authoritate Arniſæus, *doctrin. politic. libr.* 1. *cap.* 9. *fol.* 244. Ac etiamnum Hiſpani, Dominatum in Aſiâ, Africâ, Peruvanâ, ac reliquâ Americâ exercere videntur. Bodinus, *libr.* 2. *de Republic. cap.* 2. *ad fin. num.* 192. Et ita quoque Alvareſius, qui Æthiopica deſcripſit; Cãcellarios ac Præſides provinciarum nudatos & proſtratos humi, verberibus lacerari coram Principe ſe vidiſſe prodit: eoſque maxumo in pretio & honore haberi, quos Princeps ita concîdi juberet, Bodinus, *dict. cap.* 2. *num.* 191.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [33] - 29

VIII. Dominandi tandem severitatis reliquias, in Feudis adhuc dum vivere, notat Arnisæus, *dict. cap. 9. doctrin. politic. fol. 245. & seq.* Cui hâc in parte adstipulari, prohibet vinculum multiplex, quo ipse Dominus à Vasallo tenetur, *Tit. 57. libr. 2. Feudor. in fin.* Intrigliol. *tract. feudal. quæst. 62.* Undè etiam Vasalli conjunx, Dominus indigitatur: quasi illi communi vinculo fidei sit cõjunctus, *Tit. 58. in princ. Lib eod. Feudor.* Et est etiam feudatarius contractus, ultrò citróque obligatorius, & mutuam exposcit vicem. Rosenthal. *cap. 8. conclus. 1 num. 2. & seq* Knichen *de pact. investitur. part. 2. cap. 5. num. 150. &c.* Ac indè à debitione vasalli, ad Domini debitionem, argumentũ duci solet. Zasius, *de feudis, part. 10. num. 8.* Potiùs Dominatûs veri vestigia in Rusticis adparent, qui Dominis ad quotidianas operas sunt obligati; vnd welche Faahlgüter, oder Schupfflehen besitzen. Certè victoriæ Francorum ab Alemannis, & Imperatorum Germanorum à Vandalis reportatæ, huic rei causſam atque occasionem præbuerunt. vide me *libr. 1. politic. cap. 10. num. 59. &c.* Sic & post Nortmannorum in Angliam (auspiciis Guilielmi Conquæstoris) adventum, non fuit inibi ullus, qui allodij, ut loquuntur, jure, possederit fundum. Johannes Selden. *libr. 2. Iani Anglorum, à princ. & passim.* Bodinus, *sæpè dict. cap. 2. num. 192.* Et sunt hodiè in Germaniâ, Dominatus nonnulli, ubi qui in subditum recipiendus est, simul fit proprius homo. Antonius Winther, *in suo Assessore, part. 2 cap. 3. num. 9.*

DISCURSUS SECUNDUS
De Aristocratiâ.

CAP. I.
Quasdam tàm Aristocraticæ, quàm Democraticæ Reipublicæ formæ, communes enumerat affectiones.

DE Monarchiâ, satis superque dictum esse videtur: succedit nunc inspectio simplicis Polyarchici status. ubi nempè Imperium plurium, tàm sensu animorum, quàm administratione unitorum; simpliciter, sineque mixturâ, sive temperamento spectatur. Bartholomæus Keckerman, *politicor. libr. 2. cap. 1. à princ.* Estque eatenus laudabilis

dabilis Polyarchia, quatenùs illi plures qui imperant, ad unitatem reducuntur. Et hîc ergò, sive major, sive minor civium numerus existat, cui clavus Reipublicæ est commissus; omnes tamen unius subeunt vicem, *l. 2. ff. quod cuiusq; universitat. nomin. l. Magistratus 25. ff. ad municipal.* Jacobus Bornitius, *tract. de Majestat. c ap. 3.* Ego, *libr. 1. politicor. cap. ult. num. 60.* Natura ergò Polyarchiæ simplicis requirit, ut exercitium Jurisdictionis, Juriumque Majestatis, non sit penes quemlibet in solidum; sed omnes qui Imperij participes sunt, simul imperent, singulique obediant. Johannes Bodinus, *libr. 2. de Republic. cap. 6.* Unde etiam subditus Universitatis, non est subditus singulorum: prout nec omnes de Universitate, ut singuli, Domini dicuntur. Alphonsus Moditius, *in §. plebiscitum quæst. 80* Concessâ namq; illis est Imperii administratio, nõ ut singulis, sed ut universis; ac proindè omnes simul eam expedire debent. Bartolus *in l. si uni 36. num. 1. & ibi* Jason, *num 4. ff de re judicat.* Alexander Raudensis, *decis. Pisan. 2. per Discurs.* Dn. D. Henricus Bocerus, *tractatu de Iurisdictione, cap. 8. num. 46.* Ita ut hoc in statu, subditi verè statuere possint, se non multos Dominos habere; sed multos quidem numero Principes, animo tamen & amore subditorum unum. Philippus Hœnonius, *Disputat. politic. 10. thes. 8.* Et hinc, si quid deliberandum, decernendúmve sit in Polyarchico statu, consilia sunt numeranda; semper plurium suffragiis, præpollentibus pauciorum. *facit. l. 3. & 4. ff. quod cuiusq; universit. nom.* ubi vid. Welenbec. *in paratit l. nu. 4. & 7.* Idque & in omnibus ferè curijs, collegiis ac judiciis frequentatur. *l. quod major* ubi Bartolus, *ff. ad municipal.* Thesaur. *decis. Pedemont. 1.* Reinking, *libr. 1. class. 5. cap. 8. num. 62. & seqq.* Hoc enim ni fiat, confusio orietur actionum, quam ponè interitus subsequi solet. Petrus Gregorius Tholosanus, *libr. 22. de Republic. cap. 2. num. 9.* Nec hîc (ut aliàs in Monarchiâ facit Princeps) consilia à Magistratibus ponderari debent. Tholosanus, *libr. 24. cap. ult. num. 6.* Sique in hisce ad saniora vota respiciendum esset, nemo non foret, qui saniorem suam existimaret opinationem, indeque ipsos inter suffragantes concertatio oriretur, cujusnam sanius votum debeat haberi, nemine alteri cedere volente.

Qui vel ingenio cedere, rarus erit.

Et porrò hoc in statu, Magistratus, & Officiarij Politici, ab ipsis, qui sunt ex numero ἀρχόντων, seu Imperantium polyarchicorũ, omninò distingui debent. *Sicq; in Magistratus, & officiales quoscunque idem jus habet populus, vel optimates, quod in Monarchia Princeps. Officiales respectu singulorum obtinent auctoritatem*; subditi sunt, habitâ ratione

Universitatis seu collegii, penès quod summa est potestas.

II. Quandoque verò opus est, præcipuè tempore motuum bellicorum, aliisque temporibus periculosis, ut in Polyarchico statu unus dignitate & experientiâ præ cæteris pollens, eligatur; qui quasi Monarchæ, ad quem omnes respiciant, teneat locum: Daniel Otto, *dissertat. de jure publico, cap. 3. tit. de Dictatore, fol. mihi* 67. Turbatâ etenim Republicâ, in consiliis moram (quæ ferè cõjuncta esse solet Polyarchiæ) tempora ferre non possunt. Qui tamen propterea Monarcha nominari nequit. Procuratores Optimatum, vel populi sunt nonnunquàm, quasi cum liberâ potestate: Optimatibus vel populo nihilominus Domino manente. Non habent universalem potestatẽ: licèt in quibusdam rebus, possint gaudere potestate summâ; vel potiùs administratione, aut exercitio ejusdem: quemadmodum Principes nostri habere dicuntur superioritatem, ipsâ ejus proprietate pènes Imperatorem, & Imperium residente. Et sanè quæ in auctoritate & executione consistunt, faciliùs ab uno, quàm pluribus expediuntur. Petrus Aerodius, *libr. 2. rer. iudicatar. tit. 16. cap. 4.* Sed tamẽ malos sẽ politicos esse produnt Interpretes nostri, dùm in controversiam vocant; An Universitas necessariò debeat habere caput? Ut & Baldus, *in Authent. habita, C. ne fil. propatr.* scribit: non cadere in intellectum, quòd aliqua Universitas possit esse omninò sine capite. Nam certè major pars Collegii capitis esse potest loco. Alphonsus Moditius, §. *plebiscitum. quæst.* 57.

III. Et sic apud Israëlitas, Josue, defuncto Mose, populi ductor cum Imperio maximo fuit, fereque absolutâ utebatur potestate: quâ etiam ipse Moses obtinebat. Josue *cap. 1. vers. 16. &c.* Qui & quandoque Rex indigitatur. Drusius, *ad difficil. loca Genes. cap.* 103. Hosque pari potestate sequuti sunt, qui à præeundo, edicendóque, Prætores, Dictatoresque poterant dici; etsi in Annalibus sacris, tantùm Judices adpellantur. Josephus eos Monarchas vocabat: quod nomen etiam Syllæ, Cinnæ, Mario, aliisque Dictatoribus Græci dederunt. Habebant hi Imperii habenas, sed ut sibi à Deo commissas, non ut Domini terræ: & ita rectissimè Cardinalis Bellarminus scribit; Judices fuisse quasi Proreges ipsius Dei. *libr. 1. de Pontific. cap. 2. fol. mihi, 195. col.* 1. Ac compertum sanè, in periculis & negotiis est, semper in bello feliciter illis rem processisse: cùm Regum temeritatem sæpissimè destituerit fortuna. Undecunque eruditissimus Petrus Cunæus, *libr. 1. de Republic. Hebræor. cap. 12. à princip.* Populusque Israëliticus, longè melius, feliciusque gubernatus, suaque in libertate cõservatus, longiore item & stabiliore pace fruitus est, majoresque & illustriores

lustriores habuit victorias, sub Deo, & Legibus ejus (sub quâ quoque nullus unquam Dei Propheta pulsatus, nec verbo quidem læsus fuit) quàm sub Regibus postea unquam: quibus dum magis quàm Deo obsequebatur populus iste, miserrimè unà cum illis Regibus suis, destructus, & captivatus interiit tandem. Molinæus, *de Monarchia Francorum, sub num.* 83. Et sic etiam apud Spartiatas perpetua fuit Dictatura, quantum ad moderanda bella pertinebat. Domi namq; summa potestas penes Ephoros erat, non Regem; nec is jus vitæ & necis in cives habebat. Aristoteles, *libr. 3. politicor. cap.* 14. Militare imperium adpellat. Plato *in Epistol.* tàm leni æquabilitate temperatam potestatem vehementer commendat: nempè populi, & libertatis, ex instituto Græcorum, amator. Nomine quoque tàm lenis Imperii, ne liberis Græciæ civitatibus invisus esset Philippus Macedo, Tyrannidem suam stabilire conatus fuit. Et olim similis potestas Agamemnoni erat, cùm Europa & Asia lento duello collideretur. Reverendus Pater Adam Contzen, *libr. 1. politicor. cap. 15. num. 5.* Aliud pariter, hisce simile Regum genus ab Aristotele memoratur, quos ille Αἰσυμνήτας vocat: & plane αἰσυμνητείαι ex ijsdem ferè caussis orta fuit, quibus Dictaturâ: ut scilicèt liberæ alioqui & populares politiæ, unius Imperio componerentur, & discordiæ sedarentur. Contzen *dict. loc num. 6.* Similes plures alios Magistratus recenset Alexander ab Alexandro, *libr. 4. genial. dier. cap. 23. à princ.* Non item Monarchæ sunt Venetorum & Genuensium Duces. Ut & olim apud Germanos, Principatus unius eminens auctoritas erat, in liberâ aliàs Reipublicæ formâ, reliquorum omnium potestate atque Legibus definitâ. latè Philippus Cluverius *Germaniæ antiquæ, libr. 1. cap.* 38. *& seq.* Sic & talis ferè apud confœderatos Belgas est Mauritius, Auriaci Princeps.

IV. Et hûc pertinet inprimis, quòd à Romanis, quoties periculosum & grave bellum, sive ab hostibus; sive à civibus immineret, toties creatus fuit Dictator; cui Imperium summum, quasi Regi cuidam, ad breve dabatur tempus. Livius, *libr. 2. 3. 6. 7. 22. & alibi passim.* Alexander ab Alexandro, *dict. cap.* 23. Valentinus Forsterus, *lib. 1. histor. Iur. civil. cap.* 17. Piso Soacius, *tractatu de comparatione Romanorum & Venetorum Magistratuum, num.* 63. *& seqq.* Nec solùm laborante Republicâ, & trepidis in rebus; sed & varijs ex eventis, diversisque rerum caussis, etiam florente publicâ re, & procul à belli tumultu, creabatur. Alexander ab Alexandro, *libr. 1. genial. dier. cap. 6.* Caussa autem quæ Senatum cogebat, ad constituendum parem Tyrannidi Magistratū; fuit inprimis insolentia plebis, & quia ea ob legem Valeriā,

supplicia eludebat. Soacius *dict. loc.* Nùm verò Dictator Romanus, provocatione ad populum fuerit major? variè disputatur. Idque affirmatur. *vide meum Tractatum de adpellationibus cap* 2. §. 5. Sicque jus ipsi erat rescindere fœdus, à Tribunis plebis, ipso absente factum. Aerodius *rerum judicaturum, libr.* 3. *tit.* 5. *cap.* 7. Et ideò optimâ factus dicebatur lege; ut quàm pleniſſimum posset, Jus ei esse significaretur. Festus *libr.* 13. Et nihilominùs tamen, haut Rex erat. *ego libr.* 1. *politicor. cap.* 2. *num.* 30. Ac etiam Fabio Maximo, Equitum Magistro, à Papyrio Dictatore capitis damnato, extraordinario populi judicio succursum fuit. Jacobus Bornitius, *tractat. de Maiestat. cap.* 11 Et quoque tandem, jure ordinario à Dictatore provocatio erat: ut dicam (Deo juvante) ego infrà, *in Discursu de Democratia, cap.* 2. *num.* 5. *ubi de formâ Reipublicæ Romanæ agam.* Itidem si magnum aliquod periculum Reipublicæ imminebat, Consulibus à Senatu mandatum fuit: viderent nequid detrimenti Respublica caperet. Sicut factum est in Catilinæ conjuratione, & in metu Caij Julij Cæsaris, ad urbem adventantis; ut ex Cicerone, *Oratione pro Rabirio*; & Plutarcho, *in vita Ciceronis* constat. Illoque Senatusconsulto maxuma potestas Consulibus permissa fuit, quemadmodùm ex Sallustij *Catilinâ* percipere licet: adeò ut de criminibus cognoscere, & facinorosos, Regiâ manu potuerint punire. Undè Cicero, hâc Senatusconsulti auctoritate fretus, Lentulum, Cethegum, alioſque Catilinariæ factionis reos, in carcere necari jussit. Et tamen eam ob rem lege Clodiâ, justè in exilium pulsus fuisse videtur. vide quæ hâc de re post Scipionem Gentilem, ego disputo, *tractat. de adpellationib. cap.* 2. §. 5. *in princip.* At verò Reges Sacrificiorum, ludibrium potiùs Regum ejectorum, quàm verè Reges erant. Adamus Konßen / *suprà dict. cap.* 15. *num. final.*

V. Verùm non conducere aliquibus videtur, ut in Polyarchico statu, uni alicui soli, Reipublicæ administratio concedatur. Cùm id occasionem tribuat, & adfectandi dominatum, & liberiùs in Civitatis statum, & quæ ad eum pertinent, grassandi. Ut olim Heracleæ ac Athenis est factum: Paulus Busius, *Disputat. politic.* 16. *thes.* 36. *& seqq.* & ipsi etiam Romani, primùm à Sullâ edocti, tandem cognoverunt, Dictaturam Tyrannidem esse. Dionysius Halicarnassæus, *libr.* 5. *ad fin.* Sulla namque, unus post Romam conditam fuit, cui Respublica se tradidit totam; temporibus & malis domesticis coacta. Tantum potuit hic, ut nemo illo invito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere posset. Johannes Brantius, *in elogiis Cicer. fol.* 157. Vero verius tamen est, quod scribit Nicolaus Machiavellus, 1. *disputat. cap.* 9. cùm ait: Nullam Rempublicam, sive à primis initiis rectè institui,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [38] - 34

stitui, sive jam antè malè formatam, feliciter emendari posse; nisi hujus rei potentia, ab uno pendeat solo. At custodiam eorum, quæ ab uno homine, benè rectéque instituta sunt; non uni, sed pluribus cõmittendam esse. Ut & idem *cap.* 34. *libr.* 1. disputat; quòd Dictaturæ Imperium, Populo Romano utile fuerit atque salutare: & quòd non soleat pernicioſa esse ea Civium potentia, quam legitimè per suffragia acquirunt. Et ita Solon, Athenas Regum potestate liberatas, ut novam urbem, legibus pro libero arbitratu fundavit. Justin. *libr.* 2.

VI. Est ergò & illud hîc observandum, Imperium militare, ab Imperij Majestatici Jure discrepare. Hincque excepto pacis faciendæ jure ac privilegio (quod, ut dixi *libr.* 1. *politicor. cap.* 4. *num.* 27. Summum in Republicâ πολίπνμα existit) omnia jura militaria Romani Duces exercuerunt; etiam contra Senatusconsulta: ut testatum facit Historia Fabij, & Livij Marcati. Imò etiam contra Imperatorũ mandata: de quo Procopius, in historiâ Belisarij & Narsetis. Et tamẽ supremum Imperium non habuerunt. Arnoldus Clapmarius, *libr.* 1. *de arcanis Rerumpublicarum, cap. ult.* Sic & in Germaniâ olim, Magistratus qui bello præfuerunt, vitæ necisque habebant potestatem. Julius Cæsar, *libr.* 6. *de bell. Gallic.* Pariter quondam à Principibus tribus, totius Saxonicæ gentis Ducatus administrabatur; certis terminis exercitus congregandi potestate contentis. Si autem universale ingrueret bellum, sorte eligebatur, cui omnes obedire oporteret, ad administrandum imminens bellum. Quo peracto, æquo jure ac lege, propriâ contentus potestate unusquisque vivebat. ex Widekindo Monacho, *lib.* 1. Reinerus Reineccius, *Commentar. de Saxon. orig. fol. mihi* 10. *& seq.* Similiter, si ita postulent Reipublicæ tempora, ut magna classis paranda siet; tunc universæ classi præficiunt Veneti Imperatorem, qui tùm in maritimis provinciis cunctis, amplissimam habet potestatem. Gasp. Contarenus, *de Republic. Venetor. fol. mihi* 82. Piso Soacius *de Romanor. & Venetor. Magistrat. comparat. num.* 65. Adeò ut cùm classis Imperator, ad aliquam accesserit civitatem, continuò ei Sacerdotum Clerus obviam prodeat, claves portarum, & arcium ei dentur, Prætorum sileant jura, ac ab omnibus Magistratibus ad Imperatorem liceat provocare. Non tamen potest cum triremibus armatis ingredi Venetam urbem, neque etiam tunc cùm in patriam redit: sed cùm primùm Istriam pervenerit, stipendium nautis ex legis decreto solvi debet; ibique omnes dimitti: pariter ut Lex quædam Romana Imperatorem armatum Rubiconem trajicere vetabat.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [39] - 35

CAP. II.

Aristocratia, ejusq; prima Divisio, eligentium scilicet ratione.

SImplex Polyarchicus Status, in duas species abit, Aristocratiam nempè & Democratiam. Aristocratiam dicunt, quandò conjunctim & individuè, pars civium minor, seu aliquot excellentiores, in singulos de populo, hoc est, tam singulatim in omnes optimates, quàm reliquos universos summæ potestatis Jus habet. Et verò ex ijs, quæ jam capite superiori, *num. 2. 3. & 4.* deducta sunt, satis luculenter adparet; quòd si penes optimates, summa quidem resideat potestas; Senatui autem præsideat aliquis ejusdem Princeps (quocunque is nomine adpelletur) Aristocratiam tunc esse, non Principatū, aut Monarchiam. Paulus Busius, *Disput. politic. 5. thes. 24. & Disput. 16. thes. 11. ac seq.* Ejusmodi ferè erant Reges Lacedæmoniorum ex instituto Lycurgi: & etiam Princeps Senatus, in Republicâ Romanâ ante Monarchiam. Sic & in Republicâ Venetorum, nihil juris in Reipublicæ summam Dux habet; quàm quòd præeat Ordini Senatus, & omninò vivat ex legibus sibi à Senatu constitutis, nullamque adeò sine eo habeat Reipublicæ administrationem. Quod & Genuæ usu venit. (ut jam innui, suprà *cap. 1. num. 3. ad fin.*) Ac quandoque ejusmodi Duces, si ex veris Politices fundamentis æstimentur; ministri, & executores Senatus decretorum magis, quàm Principes dici possent: pariter (si magnis componere liceat parva) ut in Academijs, Rectores.

II. Variæ Aristocratiæ species constitui queunt. Et primò quidem, pro diversâ eligentium ratione, duplex ea esse videtur. Aut enim Populus eligit; aut verò Optimates, loco vacante, alium substituere possunt. Ubi quæritur; An ea Respublica Aristocratiæ mereatur nomen, cùm à Populo eliguntur Optimates? Quod cum Distinctione decidendū esse videtur. Si enim Populus eligit, ut perpetuò gubernēt Optimates, Aristocratia manet: aliàs quippè nullæ Respublicæ Regna dici mererentur, in quibus Reges nō Hereditarij sunt, sed Electivi. Nec hîc ex electione de statu est dijudicandum; sed potiùs inspiciendum est jus, quod datur electis. Quo intuitu Bellarminus, *libr. 1. de Pontifice. cap. 6.* rectè scribit: ut Democratia sit, ubi Populus, vel milites eligunt Imperatorem; oporteret ut factâ Principis electione

electione, adhuc major esset in populo, quàm in Principe auctoritas: & à sententiâ Principis ad judicium populi provocaretur. Ad certũ verò tempus qui Rempublicam administrant, à populo si nominentur, Democratiæ omninò accedere Civitas videtur: & qui ita eliguntur, eos non Optimates, aut ἄρχοντας; sed pro Magistratibus potiùs habendos esse, putarem. At populo indistinctè electionem dare, quemadmodùm periculo vix carere videtur: utpotè, qui de bonis & prudentibus; aptis & idoneis personis judicare nequit. Bodinus, *libr. 2. de Republic. cap. 6. num* 340. Cardinalis Bellarminus, *libr. 1. de Cleric. cap. 7.* Nihilominùs tamen, ut Regna Electiva magis libera reputantur: ita etiam Optimatum electio si sit penès ipsosmet, Oligarchicæ factioni viam stratam & planam esse judicant nonnulli: ac proindè Ephoris (quales & hîc præter Optimates constitui possunt) jus hoc permitti debere censet Hœnonius, *Disputat. politic. 10. thes. 27.* hoc est, ijs, qui plebem repræsentant; non Senatoribus, sed optimis ex plebe. Alijs optimus eligendi modus habetur; virtute si præstantissimus eligendi jus haberet, ut sui similem eligeret: & hic electus tertium, tertius quartum, & sic deinceps, donec numerus gubernantium impletus foret. Petrus Gregorius Tholosanus, *libr. 4. de Republ. cap. 5.* Alibi etiam Optimates nascuntur, non fiunt. vid Bartholom. Keckerman. *Disputat. practic. 36. problem. 4.* Quemadmodùm Venetijs, omnes ex Patritio genere qui sunt, Senatum ingrediendi jure gaudent.

CAP. III.

Alia Divisio Aristocratiæ: & quid differat ab Oligarchiâ Aristocratia?

ALiam Aristocratiæ Divisionẽ, ex multitudine, vel paucitate Imperantium (& ita ex quantitate eorum qui eliguntur) sumere licet. Non autem fieri potest, ut certâ regulâ numerus Optimatum in hâc Reipublicæ formâ definiatur: cùm hâc in parte, varietas non exigua, ubique obviam sese ferat. Ac ita Respublica Pharsalicorum, viginti habuit Optimates. Epidaurij, centum & octoginta Imperantes agnoverunt. Vetus Massilienſium Respublica, sexcentos summo Imperio præfecit. Bodinus, *libr. 2. de Republic. cap. 6.* Andreas Doria, (Anno Christi M. D. XXIIX.) in Genuensium Republicâ constituendâ, regimini præstituit octo ac viginti. Olim, circa Annũ

à nato Christo DCC. duodecim Palatini, Poloniam gubernârunt. Herbortus, *libr 1. histor. Polon. cap. 3. & 7.* Et quidem, quò fuerint pauciores, eò stabiliorem esse ac diuturniorem Optimatum Statum, Bodinus censet, *libr. 2. de Republ. cap. 6. & libr. 6. cap. 4.* Id quod tamen dubitatione non carere puto: pauci etenim faciliùs corrumpi queunt; unus item faciliùs paucos superare, & Tyrannidem in alios usurpare potest.

II. In Aristocratiâ qui imperant, Senatores, etiam Optimates; ab alijs Boni, vel Patritij alibi vocitantur. Nobilitas autem τῶν αἱρέσεων, secundùm Civitatis cujusque instituta & mores judicatur. Dũ alibi generis antiquitas & splendor, alibi opum fulgor, alibi gloria fortitudinis militaris, alibi ætatis, aut Sapientiæ, vel Justitiæ ratio adtendi solet. Hœnonius, *Disputat politic. 10. thes. 15.* Indeque potentia paucorum respectu qualitatis eorum qui eliguntur, rursùm duplex esse potest: Aristocratia ita in specie dicta, & Oligarchia. Aristoteles, *libr. 5. politicor. cap. 7. à princip.* Hîc divites, vel genere nobiles, Rempublicam moderantur. *4. Politicor. 4.* illîc virtute, dignitate & meritis erga Rempublicam maximè insignes, ad hoc idem destinantur, *4. politicor. 7.* non habito respectu vel opum, vel nobilitatis. Equidem Politici plerique, tunc verè Oligarchiam esse censent, ubi paucorum affectus, non ratio, non lex, non Justitia, non æquitas; sed impetus regnat: Casus, *Sphær. Civitat. libr. 4. ca. 5* ubi pauci dominicè imperant, & ad privatam suam utilitatem Rempublicã administrant: non aliter ferè ac Tyrannus in Monarchiâ. Cujusmodi fuit Athenis triginta Tyrannorum, Romæ Decemvirorum Legibus ferendis, & posteà Triumvirorum Reipublicæ constituendæ potestas. Videatur Crugerius, *Colleg. politic. Disputat. 4. thes. 136.* Hîc verò Oligarchia is Status nominatur, ubi nobiles vel opulenti homines, & leges dominantur. Sicque Oligarchia sumit vel præsumit bonos; sed ex divitibus vel nobilibus eos sumit. Nec propterea aberrans illic Respublica est: nam & legitimum Imperium habetur, ubi Regnum successorium existit. Finis Oligarchiæ, quò ad electionem, nobilitas vel divitiæ habentur: respectu autem administrationis, habet eundem cum Aristocratiâ finem; publicam nempè salutem. Hæc ideò Reipublicæ forma, bona etiam & legitima censetur. Nihil enim commodius fieri posse, si optimi cives nequeant haberi, quàm ut Imperium locupletioribus committatur, reputat Johannes Bodinus, *libr. 2. de Republic. cap. 6. num. 219.* videatur Keckermannus, *Disputat. practic 36. problem 6.* Illorum namque pecunia atque bona, obsidis ac pignoris sunt loco, non fucati in Patriam amoris. Ac sic Titus Flaminius

Flaminius Proconsul, eam partem Civitatum Thessaliæ potiores fecit; cui salva, atque tranquilla omnia esse magis expediebat. Livius, *libr.* 34 Et vocari ideò in genere Aristocratia, seu Regimen Optimatum potest; vel quòd optimi imperent: vel quòd omnia referant ad id, quod civitati, illiusque municipibus optimum existit, *libr.* 3. *politicor. cap.* 7. Optimos igitur eos dicemus, qui aliorum comparatione minùs mali sunt; aut in quibus plura quàm in plebe virtutum argumenta reperiuntur. Cumque electio virorum simpliciter optimorum difficilis sit; facillimè etenim per simulationem probitatis, nequissimus quisque gubernaculis adrepit, & vitia malè tecta, in potestate cum exitio Reipublicæ manifestat: non est ut vitiosa administratio habeatur; si nobiles divitesque, præteritis melioribus è plebe, capessant Magistratum. Adam Kontzen, *politicor. libr.* 1. *cap.* 17. *num.* 1. *&c. acitem cap.* 18. *per tot.* Quippè quamdiu ratio boni communis habetur, legitima Reipublicæ forma manet.

III. Nostro seculo, Oligarchian Venetijs præcipuè & Noribergæ conspicere licet. Quibus & Rhagusiorum, Genuensiumq; Respublicas accensere licet. Dn. Joachimus Krantzius, *in viridar. polit. libr.* 2. *cap.* 8. Equidem Noribergæ, ex innumerabili civium multitudine, octo tantùm & viginti tribus (seu familiæ) ab antiquâ Civium stirpe, honorum ac Imperij participes sunt: attestante Bodino, *libr.* 2. *de Republic. cap.* 6. *num.* 226. *in fin.* & consentiente Stephano Pighio, *in Hercule Prodicio, fol. mihi* 88. *& seq.* Ut & olim in omnibus ferè Civitatibus Imperij, Ministeriales, seu Milites erant, qui cum Scabinis, cæterisque Patricijs Civibus seu Burgensibus, Optimates censebantur; & penes eosdem ab antiquo Civitatum gubernacula fuerunt. Et certè non exiguam partem Nobilitatis, ex urbibus talibus ortam propagatamque fuisse constat: ex quo nempè Civium tribus, suos quoque Senatores & Magistratus de plebe constituerunt, nec Patricijs solis, arbitrium curamque civitatis exercere permiserũt. Wilhelmus Kyriander, *Annal. Augusti Trevetor part.* 13. *fol.* 144. *& seq.* Sed lubet porrò ex Pighio, *jam suprà laudato loco*, referre, quæ ille ex Senatore Noribergensi, viro docto, variarumque rerum perito, de statu illius urbis percepit. Henricum nempè Bavarum, Civitatis formam constituisse primùm, Templo Sancti Ægidij ornâsse, jura dedisse, atque castrum ampliore muro cinxisse. Cunradum II. Imperio conjunxisse, liberamque declarâsse: Popularem Reipublicæ gubernationem ab initio fuisse, Unâ tantùm civili discordiâ, atque seditione, Caroli IV. Imperatoris: tempore, in Aristocratiam esse mutatã, ejusdemque tunc auspicijs, rerum gubernacula, in potestatem Patri-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [43] - 39

ciorum perveniſſe: & eoſdem hactenùs, tàm æquò jure Rempublicam temperâſſe, ut vix ulla memorabilis ſeceſſio, aut diſcordia pernicioſa, in tantâ multitudine hominum plebeiorum, ac gentium diverſitate fuerit exorta. In Urbe tres Ordines eſſe; Patrum videlicèt, Mercatorum & Operariorum, ſive plebis. Ex familijs veteribus honoratioribusque, ſemper Senatus corpus, ſive Patrum Collegium ſuppleri: idemque conſtare ſex & viginti Viris. Ex his tredecim, Magiſtros Civium adpellari, & de Republicâ ſimul conſultare: alios tredecim, linguâ populari Scabinos dici, & feſtis ferè diebus Juriſdictionem inter Cives exercere; aſſidentibus ſemper ſtipendiarijs Juriſconſultis tribus. Leges avitas ſic velle, ne quis profeſſione Juriſperitus, aut titulo Doctor, ad Senatum, aut Reipublicæ gubernacula admittatur. Ex bifariam ſic diviſo Collegio Conſules utrinque ſingulis menſibus renovari, ut unus ſemper ex unaquaque parte ſemel in Anno per Menſem integrum lunarem, cum Inſignibus ſummi Magiſtratus prodeat: atque illa per lunationes tredecim cum annuâ Solis converſione in orbem redeant. Eſſe quinque Viros ex eodem Ordine, qui crimina inquirunt, dijudicant & noxios puniunt. Eſſe Prætorem ſuburbanum, qui Ruſticis ac Paganis Reipublicæ ſubjectis jus dicit. Quæſtores item ærarios ex eodem Ordine duos annuatim creari, ſenio, fide, ac probitate conſpicuos, qui vectigalium ac redituum totius Civitatis curam gerunt, pecunias publicas recipiunt, ac diſpenſant. Dictos omnes Magiſtratus, cæteroſque alicujus poteſtatis ex Senatu & ſolo Patriciorum Ordine conſtitui, Ducentos duntaxat ex tribus Ordinibus, ac totâ Civitate quotannis nominari, qui ſemel in Anno, & ubi res arduæ poſtulant, à Magiſtratibus convocati coeunt, & in commune conſultant. Mercatorum Ordinem, licèt ampliſſimum, à publicis oneribus liberum eſſe, atq; immunitatibus multis gaudere: ideoq; privatas opes negotiationibus varijs ex Europâ non ſolùm, ſed etiam extremis orbis terrarum regionibus ac Inſulis eò velut in horreum congeri. Operariorum atque artificũ, qui poſtremus & plebeius eſt Ordo, nulla admitti in urbe conventicula, vel cõcilia, publica aut privata; nõ epulas ſolemnes aut convivia feſtiva multorum, niſi religionis aut exequiarum causâ, Paci etenim publicæ id pernicioſum. arbitrari ipſos, eò quòd ſæpiùs cõpertum eſt, factiones ſeditioneſq; periculoſas pullulare ex ſimilibus plebeiorum congreſſibus, dum ebrij inter ſe de Republicâ diſputant; eaſdemque multis urbibus libertatem ademiſſe, calamitates ingentes attuliſſe. Quòd ſi quæ inter Plebejos ſimultas aut diſſenſio fuerit orta, non ad Artium Decanos, aut Operariorum Primarios

marios eam deferri, sed ad ipsum Senatum: qui confestim duos Arbitros legit qui rem cognoscant, & privato Colloquio pacem & concordiam tentent. Quæ si conciliari nequit, controversiam ad Senatum evocari, ibidemque partibus, caussâ dijudicatâ, non sine gravi mulctâ silentium imponi. Magnâ severitate pugnas, rixas, injurias, & vim privatis illatam, quietis publicæ conservandæ caussâ compescì; ita ut in quinquevirali illo Judicio Minoa & Rhadamanthum suas urnas assiduè movere, quis diceret: Idipsum in officio plebem quàm maximam continere. A Majoribus traditum esse dixit, Fridericum III. Imperatorem ex Italiâ Norinbergam redeuntem, ingentis obviam ubique effusæ plebis admiratione motum, interrogâsse quendam è Senatu sibi proximè adequitantem: quânam arte, vel industriâ tantam multitudinem à seditionibus aut tumultu continere possent? Respondisse facetè Senatorem; Verbis & Verberibus: atque ita breviter insinuasse, bonos & ingenuos Cives facilè verbis ac rationibus duci posse: pravos & serviles, mulctis, atque pœnis gravibus cõpesci debere. Quibus propè gemina habet Conradus Celtes, *de Origine, situ, & moribus Noribergæ, cap. 13. qui Tractatus insertus est operibus Pirckheimeri, fol.* 116. *&c.*

IV. Venetijs verò, Senatus (vulgò *il gran consiglio*) basis est totius Status: ejus Membra sunt Nobiles omnes annis viginti quinq; majores. Senatus Princeps, Dux existit (*il Doge* vulgò) eique nil injussu Senatus, nec pace agere, nec bello quicquam licet. Paulus Merula, *Cosmograph. part. 2. libr. 4. fol.* 1329. Thesoro politico, *part. 1. relat. di Venetia. fol. mihi* 160. *& seqq. multis.* Ac errare ideò videtur Keckermannus, qui *Disputat. practic. ultim. problemat. ultim.* Democratiam in Republicâ Venetâ vigere censet. Et cardo Disputationis in eo (ut puto) versatur; An soli Patricij, sint Veneti Cives? cujus quæsiti enodatio peti potest ex ijs, quæ disputo, *libr 1. politicor. cap. 11. num.* 6. Sed Statum potentissimæ Reipublicæ illius, singulari Tractatu, Illustrissimus Cardinalis, Gaspar Contarenus, describit, prudenter simul & eleganter: ac quoque operosè Italicus Auctor Donatus Gianotti, ab Hieronymo Megisserο, Germanicè versus, & Venediger Herrlichkeit, inscriptus. Ragusia, quam Epidaurum veteres dixerunt; proprijs Legibus vivit, Oprimates (Nobiles putà) Rempublicam administrant; Juniores ubi vigesimum quartum Annum attigerunt, in Patritiorum numerum adscisсuntur. Hi consilium rogatorum, suffragiis constituunt, quod ex Centũ Senatoribus constat, penes quos omnis Reipublicæ cura, & summa rerum consistit. Dux, qui supremus est Reipublicæ Magistratus, principemque locum tenet, singu-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [45] - 41

lis bimestribus (uti & cæteri Magistratus) successoré habet. Duodeni Senatores, penes quos summa auctoritas est, assident Duci in Republicâ gubernandâ, unaque Justitiam administrant, & Comitijs præsident. publicis autem aluntur impensis, & in Prætorio, durante Magistratu degunt: neque urbe excedere licitum est, quod ea ratione constitutum fuit, ut occasione postulante, omnibus horis præstò esse, & Reipublicæ necessitatibus subvenire commodiùs possint. Arci urbi contiguæ, quæ & portui imminet, nonus indies Præfectus (*Capellanus* vulgò dictus) præficitur, mirâ quâdam observatione. A solis enim Senatoribus, seu supremis illis Consiliarijs eligitur: electus inclinante die, publicis Ministris ad id destinatis, secretò denunciatur, jubeturque, ut quam ocyùs hominem, etiam per vim, si renitatur, in arcem pertrahant: quem illi quocunque in loco inventum, pallio capite obvolutum, in arcem rapiunt. Eâ egredi, in alteram usque vesperam, sub pœnâ capitis vetitum est: interim tamen victus illi è publico suppeditatur; postero autem die, accepto stipédio, dimittitur, atque alius rursum in ejus locum surrogatur. Johãnes Cotovicus, *Itinerar. Hierosolym. libr. 1. cap. 4* Genua, varijs motibus factionibusq; agitata, qualẽ tandem, Anno Christi M D L X X V. acceperit, Reipublicæ formam, dilucidè narrat Thuanus, *libr. 61.* ut apud eum videre licet. Oligarchicam deniq; imperandi rationem retinet Lunæburgum: ubi non tantùm ad Reipublicæ arcana, nemo admittitur ex plebeijs; sed nec cum ijs Patricij seu Nobiles sanguinem commiscent. Krantzius, *dict. cap. 8 ad fin.*

V. Respublica etiam Polonorum, cùm Lechi stirps defecisset, ad paucorum item deducta fuit Dominatum. Duodecim enim Palatini, Poloniâ in totidem regiones divisâ, in Principes eligebantur, quò quisque suæ regioni præesset: & *Vojevodæ*, hoc est, Duces belli ac copiarum, vernaculâ linguâ sunt dicti. Et rectè quidem illi, atque è Republicâ, initiò initum Magistratum gessêre: pauciſſimasq; & simpliciter Leges, non in tabulis, neque libris, sed in animis hominum, atque in usu (perindè ac Lycurgus apud Lacedæmonios quondam) exaraverunt. Sed pòst aliquantò ad ambitionem versi, dum ex suo quisque nutu, omnia geri vult, & rem privatam, potentiamque suam augere studet: indè tandem contentiones, simultates, & factiones, è studiis partium sunt exortæ, quæ Rempublicam funditùs evertere cœperunt. Pertæsi igitur Poloni malorũ, quæ sub Imperio Duodecim Palatinorum ipsis incubuêre, ad unius Principatum iterum respexêre. Herburtus de Fulstin *histor. Polon. libr. 1 cap. 3. & 7.*

VI. Merè itidem Aristocraticus Status, in politiâ Israëlis, sub Senio-

Senioribus, & tribuum ac familiarum singularum Principibus, fuisse videtur; antequàm Regnum constitueretur. Josuæ, *cap.* 22. *vers.* 14. Judic. *cap.* 1. & 2. Levitic. *cap.* 9. Sigonius, *de Republic. Hebræor.* Judices verò Dictatorum erant loco, ut jam ego monui suprà, *cap.* 1. *num.* 3. Adde Reverendum Patrem Martinum Becanum, *in analog. veter. testam. cap.* 16 *quæst.* 1. Zepperum, *libr.* 3 *de legib. Mosaic. cap.* 6. & Cunæum, *libr.* 1. *de Republic. Iudæor. cap.* 12. ubi docet, populum aliquādò ad Comitia fuisse vocatum; sed consilij tantùm capiendi caussâ. Hîcque de Bodino mirari lubet, quòd inibi antè Reges, nullam omninò Rempublicam fuisse dicit, *libr.* 3. *de Republic. cap.* 7. *num.* 329. Quippè nam Judicum *cap.* 20. unius tribus scelus, à cæteris omnibus punitur: quod arguit mutuum respectum & politiam. Quodque Respublica Judæorum tempore Judicum non fuerit popularis, sed penes optimates summa residerit potestas; adparet porrò ex eo, quòd Josuæ, *cap.* 9. jurârunt Gibeonitis Prælati, seu populi primores: *vers.* 15. idque Juramentum valet, etiam insciο populo factum. *vers.* 18. Sic & Josua non solus; sed Sacerdos & capita familiarum, terram diviserunt. *cap.* 14. *vers.* 1. Ita & ijdem requisiti fuerunt, si quid majoris momenti petebatur. Josuæ *cap.* 17. *vers.* 4. Sic de capitibus millium, Josuæ, *cap.* 22. *vers.* 21. de Senioribus, Capitibus, Judicibus, Præfectis, Josuæ, *cap.* 23. *vers.* 2. de angulis tribuum, Judicum, *cap.* 20. *vers.* 2. mentio fit. Et habebat quoque Civitas quælibet suos Seniores: ita ad septuaginta septem Seniores Succoth Gedeon scripsit. Judicum, *cap.* 8 *vers* 14. Ac 1. Samuelis, *cap.* 8. *vers.* 4. conveniunt ad Samuelē Seniores, & de Republicâ immutandâ instituunt deliberationem.

VII. Ratione temporis, quo in Imperio manent Optimates; Aristocratia perpetua, vel temporaria existit. In perpetuâ, qui propter virtutem & dignitatem sunt semel assumpti, ad ultimum usque spiritum permanent. Quamdiu scilicet digni inveniantur. Consultissimum etenim est, hîc imitari Genevates, qui quotannis censuram instituunt Patrum: ut aut ij, qui simulatione virtutis ad honores sunt provecti, diu latere nequeant; aut qui fiduciâ potestatis impotenter se gesserunt, cum dedecore, & infamiâ sempiternâ deijciantur. Temporaria autem Aristocratiâ, à Statu Democratico in eo differt; quòd ibi semper Collegium manet, si nempè eligant, vel removeāt Collegas suos indignos, Optimatesipsi: vel ex ijs aliqui. Ubi verò Populus aliquos legit, qui Rempublicam ad certum tempus, vel quādiu Populo libuerit, administrent; ibi Democraticum agnosco Statū ut jam notavi suprà, *cap.* 2. *num.* 2.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [47] - 43

DISCURSUS TERTIUS.

De Democratiâ.

CAP. I.

Quando Respublica Democratica esse censeatur?

DEmocratia summum Reipublicæ jus penes populum constitutum habet: ita ut civibus universis, aut eorum maximæ parti, jus sit imperandi. Et meritò Aristotelem reprehendit Bodinus, *libr. 2. de Republic. cap 7. num. 464. &c.* quòd Democratiam definit, *libr. 4. politicor cap. 1* in quâ imperant tenuiores; etiamsi à civibus cæteris numero longè vincantur: ut jam suprà, *in Discursu de Monarchiâ, cap. 1.* deduxi. Pertinet ergò hûc, quod opportunè Bellarminus monet, *libr. 1. de Pontifice Rom cap 6.* in Democratiâ quatuor esse hæc debere. (1) ut Magistratus ab ipso populo constituatur, atque ab eodem auctoritatem sumat. (2) Ut à sententiâ Magistratus, in rebus gravioribus ad judicium populi adpelletur. (3.) Ut Leges, quibus Respublica est gubernanda, à Magistratu quidem proponantur, sed à populo jubeantur. (4.) Ut Magistratus apud populum accusari possit: vel etiam morte mulctari, si ita populo videatur. Et hujus ideò administrationis fundamentum & scopus est; libertas, deindè æqualitas. Contzen *1. politicor. cap. 1.* Ac dicitur aliàs Democratia, speciatim & absolutè Respublica: Aristoteles, *libr. 3. politicor. cap. 5.* eò quòd inibi omnia maximè publica, hoc est, populica seu communia existant; universique cives, æquâ inter se ratione, Jus publicum sint partiti. Julius Cæsar Scaliger, *poëticor. libr. 3. cap. 21.*

II. Populus autem complectitur universos cives: tùm divites, tùm tenues; tùm Patricios, tùm & plebeios. §. 4. *Instit. de jur. natura. gent. & civil.* Plebs est cæteri cives, sine Senatoribus. Itaque plebs à populo differt, ut pars à toto: non ut species à genere: quemadmodùm parùm Logicè censuit Tribonianus: nisi ejus verba cum Interpretibus quis malit impropriare, quàm ingenuè fateri, ipsum Logicâ ignorasse. Dn. Gryphiander, *Disputat. de Democrat.* (*quæ est in Tom. 3. Iuris publici Francofurt.*) *thes.* 11. Solebant autem populi adpellatione in

ne in Democratiâ Romani uti, quoties aliquid communi nomine ageretur, ut populus Romanus id velle vel facere diceretur. Qui etiam honorario nomine Quirites dicebantur, Sabinis unà in Civitatem receptis. Quandoque etiam S. P. Q. R. conjungebatur: quod honori Senatus datum fuit. Eodem modo in literis fœderis Helvetici, quo Uri & Suitij cum Tigurinis Anno MCCLI. fecerunt, legitur: Nos Senatus, civesque Tigurini. Item nos Ammanus, Populusque Urienſis, Suitiæ. &c. Item in Edictis quotidianis BERNATUM: wie der Schuldheiß/der klein vnd groß Rath/genandt die Zweyhunderer. &c. Et indè Plebs, ubi plus poteſt, pleriſque popularitatis ſpecies falſa, & aberrans habetur: λαοκρατίαν nonnulli vocant, frequêtiùs ὀχλοκρατία nominatur: quaſi Imperium vulgi vel plebis. Et talis Status erat Romæ, cùm à Patribus plebs ſecedebat, & plebiſcita ſanciebat. Talis etiam ijs in locis eſt, ubi Nobilibus præcluſus eſt aditus ad Magiſtratus potentiores. Idque jam olim factum eſt Argentinæ. Inibi enim (teſte Domino Joachimo Kratzio, *in viridar. politic. libr. 2. cap. 9. fol. 55.*) cives ſeditioſi Reipublicæ adminiſtrationem ad ſe transferentes, ſanciverunt, ne quem Ammeiſterum (is enim ſummus in urbe Magiſtratus) creari fas eſſet, niſi qui opificio aliquo deditum ſe docere poſſet. Ab hoc Stetmaiſterus, ex Nobilibus proximum quidem habet locum, Imperio tamen omni ſine Ammeiſteri conſenſu deſtituitur. Cùm incurſus hominum timetur, aut quoties incendium oritur, univerſæ Nobilitati interdictum eſt, extrà ædium munimentum conſpici, aut in plateâ deprehendi. Et tali modo præcludunt Nobilitati viam recuperandi regimen. Sed verò Johannes Michaël Beutherus, *in notis ad Diſceptationes Chronologicas Michaëlis Beutheri, Parentis ſui. cap. 9. fol. mihi 354. & ſeqq.* paulò aliter nobis inclutæ illius Reipublicæ formam adumbrat; cùm ait: Magiſtratus primarius ita deligitur, ut ejus tertia pars ex Nobilibus: duæ reliquæ partes ex Civibus tàm Patricijs, quàm Plebeijs conſtent. Viginti Tribunitijs Senatoribus, adjunguntur Decem ex Nobilibus: & ſic totus major Senatus triginta Senatoribus conſtat; quibus præſident Prætor, qui ex Nobilibus deligitur; & Conſul, qui ex Patricijs, vel Plebeis conſtituitur, ſuffragijs majoris Magiſtratus. Secundus Magiſtratus eſt Quindecimvirorum: horum decem vel ex Patricijs, vel Plebeis, ſine diſcrimine; quinque reliqui ex Nobilibus, deliguntur. Ita & Tredecimvirorum Magiſtratus, ex Prætoribus, Conſulibus, & aliquot ex Quindecimviris. Ac etiam Senatus minoris pars tertia ex Nobilibus conſtat.

III. Viciſſim verò, non pro Democratiæ ſpecie, ideò minùs ea

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [49] - 45

Respublica est habenda; populus ubi rerum Dominus, attamen honores & Magistratus Patricijs tantùm tribuit: ut Romæ factum est, usque ad Legem Canuleiam, ex quo pòst sequutis temporibus omnes Patricij Magistratus cum plebe communicati fuerunt. Alexander ab Alexandro, *libr. 6. genial. dier. cap.* 24. Samoscius, vel potiùs Carolus Sigonius, 1. *de Senatu Romano, fol. mihi* 23. Quæ species Timocratia quandoque ab Aristotele indigitatur: Keckerman. *politicor. libr. 2. cap. 3 fol.* 557. ab honoratioribus, qui hîc imperant; ita dicta (undè & olim apud Atticos πρυτοι, in cõgressibus superiores ab inferioribus, ut apud Romanos *Domini* salutabantur. Casaubonus *ad Characteres Theophrasti, fol.* 140. Eamque Aristoteles interdum pro vitiosâ Reipublicæ formâ agnoscit, ut videre est ex *libr.* 8. *Ethicor. & 6. politicor.*

CAP. II.

De Democratiâ liberiori.

DEmocratia duas species principaliores habet. Aut enim multitudini consultationes judiciaque; aut verò Magistratuum deligendorum, corrigendorumque tributa solummodò est facultas. Aristoteles, *libr. 3. politicor. cap. 7.* Laurentius Grimalius, *libr. 1. de optimo Senatore, fol.* 114 *&c.* Ita ut in hâc specie posteriori haut populus Republicam administret; sed quidam alternatim (& aptiores) cæteris omnibus & singulis imperitent: secundùm populi tamen suffragia, eam accipiant potestatem. Vicissim verò species prior, quam liberã Democratiam nonnulli vocant, omnes secundùm numerum censet, & non secundùm qualitatem vel generis, vel virtutis, vel divitiarũ. *libr. 6. politicor cap.* 2. Populari namque huic Reipublicæ, unica proposita est libertas; & in eâ ideò requiritur Isonomia, sivè æqualitas Juris: undè & quandoque, vel omnes, vel aliqui Magistratus per sortem constituuntur. Unicum autem reputatur vulgò talis libertatis signum, si sit imperandi vicissitudo. Cumque ibi necessariò pro jure habeatur, quod pluribus fuerit visum: indè fit, egeni majorem, quàm locupletes ut habeant auctoritatem. Et aliud porrò hîc populus adfectat; vivere scilicet, ut cuique lubet. Hunc enim libertatis effectum esse dicunt: cùm è contrà servitutis sit argumentum, vivere ex alterius nutu. Hincque ibi Magistratus, nullius aut rerum minimarum potestatem habent: & non tàm utilitati communi, quàm multitudini placere studeant. Petrus Gregorius Tholosanus, *libr. 5. de Republic.*

Republic cap. 2. Adam Contzen, *libr.* 1. *politicor. cap.* 20. Atque ut talis fieri exæquatio possit, neque aliquis nimiam communique libertati suspectam potentiam adquireret; Athenienses Ostracismum, *libr.* 3. *politicor. cap.* 9. ubi Johannes Casus *in Sphæra civitatis*, Syracusani petalismum (ostracismum cum folijs) excogitaverunt: quo viros præstantes, opulentos & divites, qui videbantur huic statui præjudicaturi, ad tempus exulare jusserunt. Et non id pœna criminis erat, sed provisio tantùm, ne quid mali in Republicâ oriretur; nomenq; sumptum à fictilibus est, quibus nomen ejus, ij qui suffragium ferebant, inscribebant; quippè nam *Ostracon* Græcè, Latinè *testa* est.

II. Johannes Mariana, *de Regis de institutione, libr.* 1. *cap.* 5. *à princip.* Rempublicam vocat, quam ego nomino Democratiam. Democratia ipsi est, quæ mihi, alijsque vel est Ochlocratia, vel ea species Democratiæ, quam voco hîc liberiorem. Nam quod Mariana insequentia scribit: Quæ Respublica proprio nomine dicitur, tùm existit; cùm universi populares Imperij sunt participes: eo temperamento, ut majores honores & Magistratus, melioribus commendentur, minores alijs; ut cujusque dignitas aut meritum est. In populari principatu, qui Democratia vocatur, honos promiscuè, atque sinè delectu, majoribus, minoribus, medijs, communicatur, &c. Ac item Gregorius Tholosanus, *libr.* 4. *de Republ. cap.* 5. *num.* 16. *& libr.* 5. *cap.* 2. *nu.* 3. describit hanc Democratiæ speciem eleganter: in qua assumuntur ad Magistratum omnes ex omnibus; & præsunt omnes unicuique, & unusquisque vicissim omnibus: judicant omnes, & ex omnibus & de omnibus. Et Concio Domina est omnium rerum. &c. Constat hanc speciem maximè ignobilem esse; utpotè quæ ineptos juxtà aptos imperare, & parere natos, indiscretè ad gubernationem admittit. Etenim Turbæ universæ sine delectu, potestas summa (ejusve executio) neutiquàm committi tutò potest. Cùm fieri nequeat, ut isti Reipublicæ sit benè, quæ nullum delectum habeteorum, quibus de Republicâ est deliberandum. Busius, *Disputatio. politic.* 16. *thes.* 7. Et indè durabilis magis fuit Respublica Romana, quàm Athenienſis: propterea quòd illa Senatum habebat, quo Athenienses carebant. Et hanc ipsam Democratiam eam esse puto, quæ tàm varijs, subitisque mutationibus obnoxia esse proclamatur, & apud omnes Politicos tàm malè audit, ut videre est apud Bodinum, *libr.* 6. *de Republic cap.* 4. Gregorium Tholosanum, *libr* 5. *de Republic. cap* 3. *num* 14. *& seqq. multis: ac etiam libr.* 22. *cap.* 2. Johannem Casum, *Sphæra Civitatis, libr.* 5. *cap.* 5. De hoc Statu capio quod vulgò fertur: Imperia popularia, crudeliora, quàm Tyrannica; & maximè muta-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [51] - 47

tionibus obnoxia esse. Gregorius Richterus, *axiomat. politic. 61. & 63.* Keckermannus, *libr. 2. politicor. cap. 3. fol. 555.* Otho Casman, *politicor. cap. 64.* Ac pertinet hûc, quod Sambucus, *in Emblemat. fol. mihi 20.* habet:

Quum coëunt Cives sine legibus, imperiumq;
Omnibus æquale est, ius gladiusq; silent.
Et nisi seditio populum vexaverit, tumultus;
Præmia nulla bonis, libera pœna malis.
Vt tempestates turbo præludit arenis,
Horum conditio mobilis, atque status.
Hos fuge, tranquillas si quæris figere sedes:
Nempè nihil firmi res popularis habet.

III. Incidenter hîc disquirere lubet; nùm Ostracismus Justitiæ sit conformis? Sanè in Affirmativam eundum esse puto. Aristoteles, *libr. 3. politicor. cap. 9.* Scipio Amiratus, *politic. Dissertat. libr. 14. Discurs. 3. Ego libr. 2. politicor. cap. ult. num. 62.* Certè ubi æqualitas viget, & tanquàm summum Civitatis, sive Reipublicæ bonum habetur; necessariò dicendum videtur, ut quodcunque æqualitatem illam excedit, id communi bono refragetur. Negari non potest, quin is, qui in Republica vivit, obliget se ad jus Civitatis, & præsertim ad Leges fundamentales. Ergò, cùm Democratiæ basis, æqualitas sit; eâ qui non vult uti, meritò privatur Civitatis jure. Et ut per Ostracismum optimi quidam pelluntur: sic & in plethoricâ corporis constitutione, optimus mittitur sanguis. Qui ita potens est, ut patriam, in suâ potestatem redigere possit, is non sine periculo toleratur. Præsumitur enim, quemlibet velle dominari, si posset. Et sufficiunt hîc suspiciones: quia nempè post factum, non ampliùs remedio est locus. Iniquitatem quidem aliquam Ostracismus habere videtur: sed tamen publicæ salutis major est ratio habenda, quàm privati alicujus utilitatis. *l. actio 61. § Labeo ff. pro soc.* Ostracismus quoque rarò punit veram & humilem ac simplicem virtutem: aut tantùm larvam, seu simulachrum virtutis; virtutem scilicèt potentem. Sed verò à potentia paucorum, bella omnia civilia Romæ, Athenis verò Tyrannides diversæ fuerunt ortæ. Quo sensu & Catulus de Pompejo olim dixit: Esse quidem virum excellentem, & optimè de Republicâ meritum, sed jam nimium liberæ Civitati. Sic & Cosmus Medices olim (deindè Pater patriæ cognominatus) nullam aliam ob causam ejectus fuit, quàm ob amplitudinem divitiarum, multitudinem amicorum, nominis Majestatem, &c. Amirato, *dict. Discurs.* Fuit & Ostracismus aliquis usu receptus apud Romanos: Tarquinius enim Collatinus,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [52] - 48

tinus, vitâ innocentissimus, exactis Regibus, confestim civitate prohibitus fuit; occasione domus in alto ædificatæ, & odij nominis Regij prætextu. Cæsonis etiam Quintij damnationem, à Lucio Lucretio improbatam, ex eâdem ratione adparet profectam esse. Livius, *libr.* 3. Quintus Cæcilius Metellus Numidicus, quia in legem Apulejam per vim latam, noluit jurare, in exilium fuit actus. Nec dissimile accidit Scipioni Aphricano, qui per invidiam repetundarum accusatus, in exilium voluntarium concessit. Ostracismi item sapit naturam, quòd Nobiles (cùm oligarchiam adfectarent) ex Helvetiis, & etiam quibusdam Imperialibus Civitatibus; sponte partim, partim vi coacti, secesserunt. Ostracismum equidem, in Republicâ benè constitutâ, non ferendum esse, Paulus Busius puri & insignis judicij Politicus, putat, & alia remedia suggerit: *Disputat. politic.* 14. *thes.* 26. & 28. quæ tamen mihi præservativa, non curativa esse videtur. Et probo omninò, quod Aristoteles *dict. cap.* 9. *libr.* 3 habet: satius esse, ut Legum lator ab initio sic Rempublicam constituat, ut nullum desideret tale medicamentum. Tandem etiam in Monarchia simile aliquid est Ostracismi. Sicque Tiberius Imperator, noluit Officiales, officiis superiores. Et alia exempla habet Amiratus, *dict. Discurs.* 3. ubi viri boni ab Imperatoribus, specie studiorum, legationis, aut honoris, in exilium ablegati fuerunt. Sicque confinatione quasi punivit, Consalvum, Ferdinandus, Hispaniarum Rex, Caroli V. Avus Maternus; cui Consalvi virtus ambitiosa suspecta non immeritò fuit. Sic Aristotele, *libr.* 3. *politicor cap.* 9. teste; Reges Persarum, sæpè Medos, & Babylonios, ac cæteros, propterea, quòd Imperium aliquandò tenuissent, insolescentes extenuaverunt. Ac Athenienses in Samios, Chios, ac Lesbios, cùm primùm habuerunt Imperium firmatum, præter pacta & conventa depresserunt.

IV. Porrò autem, in hoc statu multùm potest, Demagogorum, seu Ductorum populi, Oratorum & adulatorum petulantia: qui divites calumnijs onerant, & conta virtute vel opibus & genere potentes, excitant plebem. Keckerman. *libr.* 2 *cap.* 1. *can.* 5. *fol.* 558 Hœnon, *Disputat politic.* 10. *thes.* 51. & *seq.* Crugerius, *Disput. politic.* 4. *thes.* 143 Calvinisch Model *cap.* 14. (quorum vices & personas hodiè in Rebuspublicis nonnullis gerunt importuni Concionatores: *predicateurs à poste* Pasquier. *des recherch. cap.* 31.) Et ita facillimâ operâ in Laocratiam transit. Ac tunc porrò, populârium Civitatum cõmune malum succedit; quòd honores, Imperia & officia publica, maximè sunt venalia, delictorumque omnium summa impunitas existit. Bodinus, *libr.* 6 *de Republic. cap.* 4. Quamvis verò libertas

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [53] - 49

summum sit Democratiæ caput; ac idcircò omnis omninò coactio à Statu isto populari removenda videatur: non est tamen libertas ista eò usque extendenda, ut indè publica honestas, quam ipsa natura suadet, pessum ire teneatur. Cùm omnis Reipublicæ intersit, ne delicta maneant impunita, *l. ita vulneratus 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.*

V. Hujus speciei exemplum, nobis præbet Respublica Romana; in eâ quippè summa potestas (seu Majestas) penes populum semper fuit; qui universus, comitijs centuriatis vel tributis, majores, minoresque creabat Magistratus. Qui item provocationis jus, adversus omnes Magistratus, sibi proprium reservârit, triplici Valeriâ Lege. Adeò, ut tandem rogatione Juniâ Sacratâ fuerit factum; ut etiam à Dictatore ad populum, ordinario jure, provocatio esset. vide omninò Zachariam Fridenreich/*politicor. cap. 29 fol. 191. &c.* Paurmeisterum, *libr. 1. cap. 5. num. 45.* (Ac etiam antè, equum, nisi populi permissu, ascendere nequivit. Livius *libr. 23.* nec etiam potuit unum nummũ ex Ærario nisi aut Senatus cõsulto, aut populi jussu movere. Muretus *ad l. 2. §. populo 18. ff. de orig. jur.*) Indeq; in Republicâ Romanâ, perduellis habebatur, qui civis Romani libertatem violasset, veluti qui eum securi percussisset, aut in crucem sustulisset. Cicero *Oration. 3. in Verrem.* Nulli Magistratui, civem Romanum virgis cædere, necare, aut de capite civis Romani, injussu populi judicare licebat. videatur Alexander ab Alexandro, *libr. 3. cap. 20.* Georgius Obrechtus, tract. de Jurisdict. libr. 2. cap. 2. In eoque consistere censebatur summa libertas, ut de capite civis, nemo nisi populus judicaret. Jacobus Gothofredus, *ad Leges XII. Tabularum fol. 118. &c.* Quod privilegium nec dum sub Imperatoribus abolitum omni ex parte fuit: & ideò Divus Paulus, ut civis Romanus ad Cæsarem provocavit. Insuper de bello, de pace, de fœderibus, deq; Republicâ universa populus statuebat: Leges ferebat, Legibus quos vellet exsolvebat, præmia publica decernebat, æris vel capitis pœnam delictis infligebat. Ac ne plebis libertas vexari, aut minui à Senatu vel Patricijs unquàm posset; sibi è suo corpore, peculiarem instituit plebs Magistratum (Tribunũ plebis dictum) ac Sacrosanctum esse jussit, Hique creato Dictatore, more Magistratuum aliorum, potestatem non deponebant. Vis eorum potissimùm in intercessionibus consistebat: si qua Lex, si quod Senatusconsultum scriberetur, aut quicquam aliud fiebat, quod parùm è Republicâ esset, vetabant, prohibebant. &c. Hique singulare illud habebant, ut minor dissentientiũ numerus, consentientibus prævaleret. De horumque sublimi potestate multa habet Alexander ab Alexandro, *libr. 1. genial. die cap. 3. & libr.*

3. & *libr.* 5. *cap.* 2. Aerodius, *libr.* 2. *ver. iudicatar. tit* 13. *cap.* 1. 6. 7. 8. 10 & 21. Senatusconsultorum ea erat forma, ut cùm aliquid Consulibus injungeret Senatus, adijceret hanc clausulam, si videretur. Nil poterat Senatus adversus Consules, nisi adpellatis Tribunis plebis. Aerodius, *dict. libr.* 2. *tit* 14. *cap.* . . & c Quod verò Senatus, nunc minorem, nunc majorem habebat auctoritatem; hoc Rempublicam Romanã aliquandò haut fuisse Democraticam, minimè convincit: sed ad secundam interdum speciem Democratiæ, magis eam accessisse, arguere potiùs videtur. Neque assentire Vincentio Cabotio possum, qui *libr.* 2. *Disputat. cap.* 3. Regibus exactis, Senatum jura Regia arripuisse, eaque diu usurpâsse censet: namque Leges Valeriæ statim populi Majestatem tutabantur. vide Joachimum Stephani, *tractat. de Iurisdict libr* 3 *cap* 3 Et licèt Senatus jus facere potuerit: *l.* 9. *ff. de legib.* consulebatur enim Senatus populi vice, *l.* 2. §. 9 *ff. de orig. iur.* §. 5. *Instit. de jur. natural. gent & civil.* Sicque non modò elici potest Aristocraticus Status. Jacobus Bornitius *tractat. de Majestat. cap.* 16. *fol.* 150. Summum etenim jus penes populum mansit: adeò ut vel populus, vel ejus nomine Censores, non rarenter Senatores moverint Senatu. Fenestella, *de Magistrat. Roman. cap.* 17. Judicium etiam plebi in Patres concessum fuit. Dionysius Halicarnassæus, *libr.* 7 *cap.* 60. & c. Et Senatusconsulta à plebe confirmabantur: ut ex Dionysio Halicarnassæo, patescit passim. Et porrò non Cabotium solùm, *dict. libr.* 2. *cap.* 4. sed & perspicacissimum Machiavellum, *libr.* 1. *Disputat. de Republic. cap.* 2. *ad fin.* cæcutire puto, qui autumant, Rempublicam Romanam ex omnibus tribus politiæ formis constitisse. Et licèt ijsdem hâc in parte Polybius consentire videatur, *libr.* 6 *historiar. à princip.* idem tamen potiorem Imperij partem, populum penes fuisse fatetur. Semperq; in eo res Romana stetit; ut in populo potestas, auctoritas tantùm in Senatu esse diceretur. Quomodò passim Livius; Senatus decrevit, populus jussit. Vide pro hâc sententiâ pluribus disputantem Pisonem Soacium, *tractat. de Romanorum & Venetorum Magistratuum comparatione. subnum.* 14. & 18. Et certè Consules, Senatores, alijque Magistratus, quos etiam in Democratico Statu esse oportet, haut mixtam constituunt Reipublicæ formam; eorumque potestas, cum summâ potestate, quæ penes populum manet, nullo modo confundi debet: cùm illa hujus sit tandummodò particula quædam, quasi precariò concessa. Dn. Gryphiander, *Disputat de Democrat. thes.* 14. Et tandem post secundam populi ab urbe secessionem, quæ propter Appij Claudij, in Virginij filiam tentatum facinus contigit; inductum est, ut Patres plebiscitis tenerentur, §. *plebiscitum, ubi Interpp. Instit. de jur. na-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [55] - 51

tural. gent. & civil. Johannes Mercerius *2. opinion. cap. 15* Wesenbecius *in paratit. ff. de orig. jur. sub num. 2.* vide Antonium Matthæum *Disput. Digestor. 1. thes. 23.* Tandem plebs, Tributis comitijs, quæ sæpiùs fiebant, plus effecit, quàm totus populus centuriatis. Undè Tribunorum potestas ita fuit aucta, ut horum corpora (quod jam modò dictum) reputarentur Sacrosancta: vicissim verò jussu Tribuni Plebis, Consul in carcerem poterat duci. Et tunc Laocratiam magis, quàm Democratiam viguisse putarem: excepto quòd infimæ conditionis & turbæ homines, à jure suffragiorum removerentur. vide Busium, *Disputat. politic. 16. thes. 15. & seqq.*

VI. Adhuc magis popularis fuit Respublica Athenienſis; ubi concionis popularis arbitrio, universum à Solone Imperium erat permissum. Itidem Solon, judicia & consultationes omnes, civibus omnibus impertivit; ad quos & provocatio à Magistratibus fiebat. Quin & eadem, Periclis ac Demosthenis tempore, insolentem plebeiam dominationem, quæ Græcis ὀχλοκρατείαν dicitur (& ut Plato rectè dixit, non politia, sed velut forum venale est omnium politiarū) degenerârit. Laurentius Grimalius, *libr. 1. de Optimo Senatore, fol. 116.* Keckermannus, *tractat. singular. de Republic. Athenienſ. libr. 2. cap. 1. nu. 8.* Philippo-Johannes Treutler, *Disputat. de statu & formâ Rerumpublicarum, thes. 27. tom. 1. Basilienſium Disputationum.* Indeq; Isocrates, in *Oratione*, quam Areopagiticum inscripsit, totus est in eo, ut Athenienses sublatâ illâ licentiâ populari, Magistratuumque contemptu, restituant Democratiam; id est, eum Reipublicæ Statum, in quâ libertas ex præscripto Legum gubernaretur. Romani item arcano singulari, nimiam populi potestatem coercuerunt; dum noluerunt eum scire suam potestatem. Undè quidam, ejusmodi rerum minùs gnari reputaverunt, populum minorem habuisse in illâ Republicâ potestatem; quàm postea Principes Romani, ut ea de re alibi tracto.

VII. Eadem species hæc, vigere hodiè videtur apud Brunovicenses, ut & apud Rhætos: vid. Franciſc. Guilliman. *de reb. Helvetic. lib. 4. cap. 2. fol. 438.* & Fortunati *Sprecheri, Pallantis Rhæt. fol. 164. &c.* eosque nuper extremo periculo objecit. Viget & apud Uranos, Underwaldios, aliasque nonnullas Helveticas Civitates. Fürstliche Tischreden *libr. 3. cap. 9. à princip.* Et sanè Respublicas Helveticas, aliasque in Germaniâ, nimis populares? ea solâ de causâ à motibus popularibus (quibus hîc Status præ cæteris Rerumpublicarum formis obnoxius est) præservari, Bodinus, *libr. 6. de Republic. cap. 4. num. 703.* censet; quòd contra veterum Democratiarum legem, supplicia de improbis

probis ac flagitiosis severissimè expoſcunt. Quam severitatem si remittent, haut diu ſtatum poterunt tueri, eodem Bodino censente. Romæ, liberâ Republicâ rarò factum, ut civis Romanus, judicio publico condemnaretur: omnibus enim libera fuit, priusquàm sententia pronunciaretur, abeundi potestas: ita sententiam simul & bonorum jacturam evadebant. Idem jus & Civibus Athenienſibus fuit; undè forsan sumpserunt Romani. At verò civibus Romanis, ut alia omnia libertatis jura, sic hoc quoque per Principes jam indè à Cæsare imminutum, & penitus tandem ademptum fuit. Casaubonus *ad Suetonium, in Cæsar cap. 42. fol notar. 27. num. 32.* Et certè Portiâ lege, liberum exilium damnatis permittebatur: quo sensu Cicero, illud non supplicium, sed profugium, portumque supplicij adpellavit. Fridericus Tilemannus, *Disputat. Digestor. 4. thes. 8. vol. 1.* Ideoque consultum esse Politici censent, remissionem pœnarum, non æquè Populo, ut Principi esse indulgendam. Eaque potestate potest Populus seipsum quasi privare. Quò & faciunt Lubecensium, Bremensium, aliarumque civitatum Statuta, in quibus, maleficis spes gratiæ omnis est præcisa. Gryphiander, *sæpè dict. Disputat. thes. 50.*

CAP. III.

De Democratiâ adstrictiori: junctis monitionibus aliquot, inibi observandis.

DEmocratiæ speciei posterioris (quam adstrictam adpellare licet) & quidem, ut nonnulli censent, optimè institutæ, illustre hodiè viget exemplum in potentissimâ, illustrissimâque Republica Belgij confœderati, seu potiùs unitæ. Licèt enim agrarij pagani, non ad Comitia adhibeantur: hoc tamen nil detrahit Imperio populari; cùm illo, præsertim ampliori, non ratio haberi queat infimæ plebis. Dn. Gryphiander, *sæpiùs iam laudatâ Disputat. thes. 25 & seqq.* Et inibi porrò, honore quidem & potestate, etsi summum ac totius fœderis & Reipublicæ Caput, videri queat, Generale Collegium inclutum; omnem quam priùs Princeps potestatem habens: cujus Adsessores de Republicâ deliberant, & non capitatim, sed provinciatim sententiam dicunt. Penes Collegium illud tractatio, discussio, diffinitio; est rerum, quæ belli, quæ pacis, maximi ponderis & momenti gerûntur. Horum est, adhibito in consilium Præfecto, bellum decernere, de pecuniâ, commeatu, armis cogitare; exercitus conscribere, cō-

scriptis peritos animosq; dare Duces, Ducibus quò, quousq;, quandò, quomodò ducendum, prudenter præsignare. Horum est, Legatos audire, Imperatoris, Regum, variorumque Principum, pacem facere, fœdera sancire. &c. Illud quicquid est Juris publici, gubernat; vel universim per se, vel per alios speciatim & muneribus distinctis. In id nihilominus quia mittunt omnes Provinciæ sociæ Viros prudentissimos, spectatissimos, ex omni Ordine (quos Nobiles suo jure, & Civitatum Deputati cujusque Provinciæ eligunt) eisque vel prorogant Imperium, quoties & quamdiu volunt, vel successores dant; Ubbo Emmius *de Urbe Groninga. fol. mihi* 180. Emanuel Metteran. Niderländischer Kriegsbeschreibung/ *libr.* 16. *fol.* 64. *col.* 1. nō indè absolutè penes illud Collegium, sed penes provincias imperium, & penes electos, seu Deputatos ejus exercitium esse, nec illud suo jure habere adparet. Adde Pauli Merulæ posthumam Orationem, *de natura Batavicæ Reipublicæ*. à Domino Joachimo Morsio, vulgaram. Paulus Busius, vir Clarissimus, *Disputat. politic* 16. *thes.* 29 *& seqq* fœdus Belgicarum provinciarum, non unam Civitatem constituere putat: cui assentiri non queo; per rationes, quæ ex suprà dictis sumi possunt. Quāvis autem diversitas Politiarum maxuma, in singulis membris conspiciatur: & hoc idem tamen in Imperio usu venit Germanico-Romano, in quo unius Reipublicæ formam nemo non agnoscit, ut dixi *libr.* 1. *politicor cap.* 1. *num* 40. Quin & unam Rempublicam Belgij esse, arguit Consilium supremum Hagæ Comitis stabilitum: ad quod à Consilio Hollandiæ, cæterarumque unitarum Provinciarum adpellatur. Brederodius, *de adpellation. part.* 1 *tit.* 15. *lit.* C. Et puto Barnefeldij caussam, in eo cardine fuisse versatam. Si enim Belgij Civitatum, quæq; singularem Rempublicam habet; nullatenus ille deliquit. Sin minùs, impegit in eo, quòd dissolutionem unitæ Reipublicæ visus fuit moliri.

II. Talis quoq; Reipublicæ forma Lucæ est: in qua ut una Civium esset æqualitas, summa Populi auctoritas existit: nec tamen plebeculæ Imperio administratur, sed consilio eorum, qui optimi sunt in civitate. Undè Aonius Palearius *Orat.* 5. *de Republica*, ad Senatum Populumq; Lucensem ita scribit: Cùm duo sint Corpora Civitatis, alterum potentiorum, alterum tenuiorum; legibus Cives coercuistis, usu confirmastis, consuetudine devinxistis, ut in unum Populum Civitas coalesceret: ita ut nihil putent tenues à Dijs sibi meliùs datum, quàm potentes: quorum cùm ampla & magna negocia sint, ex ijs illi non modò in dies, sed in diem vivunt. Eadem est Reipublicæ forma in urbe Vesontinâ (Bisanz) quæ quidem per Duumviros gubernatur:

natur:

tur: ſed tamen quotannis, die Divo Johanni Baptiſtæ feſto, Comitia celebrantur, ubi Viginti octo Viri, in ſeptem tribubus, Quatuor Viri ſcilicèt in unaquaque tribu, à populo Civitate donato, eliguntur. Hi Viginti octo Viri rurſus, re divinâ factâ, in domo Civicâ congregati, Quatuordecim-Viros, in ſingulis nempè tribubus duos, Civitatis Rectores, ſeu Gubernatores conſtituunt, penes quos manet Reipublicæ totius gubernatio, & jus ſummum toto illo anno, quo per hebdomadas ſinguli, ordine tribuum, Præſidis ſedem occupant. Ut autem in Quatuordecim Virorum electione, Viginti Octo Viris ſumma ſuffragij ferendi libertas eſt conceſſa; ſic etiam in his eligendis liberrimæ ſunt civium voces. Chifletius, *in Veſontione, part. 1. cap. 29. fol.* 110. Hæcque eadem ſpecies Genevæ viget (licèt mixtam Reipublicæ formam inibi agnoſcat Hentznerus *in Itinerar.*) ut & apud Tigurinos, Bernates, magnamq; partem Helveticarum Civitatum. Johannes Simlerus, *de Republic. Helvet. libr. 2. tit. de Rebuspublic. ſingulor. pagor. fol mihi* 142. Bodinus, *libr 2. de Republic. cap 6. num.* 220. In multisque Romano-Germanici Imperij Rebuspublicis liberis: Argentinæ nempè, vide quæ ſuprà ex Beuthero, *ad fin. animadverſ. hiſtor.* relata ſunt, RotWilæ, Reutlingæ, &c. Ac pariter Magdeburgi, ubi maxumi momenti negocia, qualia ſunt belli, & pacis actiones, legũ municipalium rogationes, fœdera, munerum novorum, tàm ordinariorum, quàm extraordinariorum, injungendorum neceſſitas, alienationes rerum Univerſitatis, & ſimilia; ad Ordinum univerſorum Civitatis conventum, vulgò deß weittern Regiments, (in quo numerantur primò Senatus præſidens, ſecundò Prætor & Adſeſſorum Collegium, tertiò Senatus vetus proximè defunctus, quartò Senatus tertius, qui antè annum Magiſtratu abijt, der Ober alte Rath/ quintò Centum Viri) definienda referuntur. Ac penes ſummum hoc Conſilium, quod vicem Univerſitatis refert, totius Reipublicæ jus eſt, & à quo authoritas Magiſtratuum, & alia omnia, ad Statum publicum pertinentia dependent. Paurmeiſter, *ad fin. tractat. de Iurisdict.* Addam tandem monita Reverendi Patris Adami Contzen, *libr. 1. cap. 9.* qui *libr. 1. politicor. cap. 19. §. 1.* ita ſcribit: In populari formâ conſervandâ, ne Tyrannidem unus, aut Oligarchiam pauci inſtituant, plurimùm laboratur, ideoq; ferè in vitium, quod Democratia dicitur, adminiſtratio recidere ſolet; Primum eſt, ut ad clavum Reipublicæ ferè medij aſſumantur: illi enim nec eâ ſunt potentiâ, ut Tyrannidem unus poſſit arripere, & nimis multi pro Oligarchiâ cõſtituendâ, nec propter paupertatem, & domeſticas difficultates turbulenti ſunt. Secundum eſt, ut in ipſâ politiâ & poteſtate populi hoc agatur, ne peſſimo cuique

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [59] - 55

atque audaciſſimo parata ſit ad honres via, ſed habeatur magna ratio optimæ partis in populo; nam quemadmodùm in Ariſtocratiâ, niſi optimus quiſq; Magiſtratum ſortiatur, brevi commutatur forma gubernationis, Ita etiam populo pars optima, atque integerrima quærēda eſt. Optimus autem populus, inquit Philoſophus, eſt qui agriculturam exercet. ita rem habuiſſe olim nemo dubitat. hinc tribus ruſticæ honoratæ in urbe fuerunt; Urbanæ verò, contemptu & notâ non caruêre; in eas enim tribus fæx populi, & ſubroſtrani conjecti fuête. Cauſſa cur fuerit corruptior urbana plebs, ab Ariſtotele adfertur, quòd aſſueta ocio, & concionibus, callida, ac fraudulenta, rerum novarum avida, atq; ambitioſa evadat: ruſticana verò agricolatione, aut paſtu pecorum occupata, rarò conciones adit, rarò ſeditioſos cœtus accedit. Fuit olim alia etiam cauſa, quòd ocioſa plebecula concionibus, theatris, ſpectaculis aſſueta, voluptatibus evicta, vix ad honeſti, & æqui conſiderationem, cogitationes attolleret: nunc verò in urbibus benè moratis, alia ratio eſt; Cives enim Tribunitijs concionibus, deteſtandis ſpectaculis, & publicis morum corruptelis minùs inficiũtur: deindè in Scholis, in Templis, ad virtutem, pietatemque erudiũtur, ruſticana plebs minùs culta eſt, & crebrò minùs religioſa: itaque mutatis temporibus, urbana plebs melior habenda. Locum itaque non habet, quod *libr. 6. cap. 3.* monet Philoſophus, nunquàm convocandam multitudinem urbanam, ſine ruſticâ. de veteribus illis ſcuris, qui aliud nō exſpectabant, quàm panem & Circenſes, conceſſero, qui pecuniam ærarij, quâ claſſis alenda erat, pro mercedibus theatri expendendam cenſebant: qui Poëtas, quòd obſcænis verbis abſtinuiſſent, mercede privabant: qui omnes improbos, & ſeditioſos ſtipabāt. Hos ad nullam Reipublicæ partem plebs urbana admittit, hi ne in tribubus quidem locum habent. Tertium eſt, ut Magiſtratuum electio fiat comitio omnium, more Romano; nec enim ibi turbæ, pugnæ, ambitiones evitari poſſint; ſed placeat vetuſta Mantineenſium ratio, apud quos quidam electi ſecundum partem populi, Magiſtratus mandabant. Vidi Monaſterij Weſtphaliæ inſigni & politâ civitate, primò ab univerſo populo, quoſdam legi, qui alios deſignarent, à quibus Senatus legitur quotannis. Eſt illa ratio penitùs popularis, nã omnium conſenſu ac ſuffragio Cenſores illi conſtituuntur; deindè eâ curâ electio fit, ut nemo ſcire poſſit, qui ultimi lectores ſint; illi verò more Cardinalium includuntur, ac de toto Senatu conſtituunt, & eum ante noctem eligunt. Nulla hîc poteſt eſſe munerum corruptela, nulla honoris prenſatio. Cenſores autem illi ad ſuam exiſtimationem pertinere arbitrantur, ne ullum niſi ſpectatæ virtutis, & prudentiæ

dentiæ Virum Concilio ſuæ civitatis immiſceant. Quòd ſi unum, alterumve favor, aut cognatio, ad aliquem nominandum induceret, cæteri tamen reſiſterent, nec famam ſuam pro alieno honore paciſci vellent. Hæc ſanè ratio multis partibus præſtat Romanis Comitijs. Quartum eſt, ut multos & graves viros, qui à Magiſtratibus Reipublicæ adminiſtratæ rationem repoſcant, eamq; tribubus exhibeant, non minore curâ conſtituant, quàm ipſos Magiſtratus. Nam ab alieno arbitrio dependere, neq; licere omnia, quæ libet facere, utile eſt. Neque enim major illecebra peccandi ulla eſt, quàm peccati impunitas. Atque hæc res tanti momenti eſt, ut ex eâ Reipublicæ Venetæ incolumitatem maxumâ ex parte dependere putem; omnium enim urbium Præfecti ita gubernationem inſtituunt, ut rationem reddendam ſibi certò ſciant. In vitam eorum privatam, in acta publica, in iudicia inquiritur. Hoc in politiâ facilius eſt, atque efficacius, quàm in Venetorum Ariſtocratiâ; nam in populari formâ, qui in Magiſtratu deliquerunt, facilè puniri poſſunt, quia medij ſunt, nec opibus, nec clientibus, aut potentiâ eminétes, ut leges eludere poſſint, vel infringere; in Ariſtocratiâ aliquid Nobilitati, adfinitati, majoribus, & ſpei paris impunitatis indulgetur. Quintum eſt, ne Optimates & Nobilitatem offendant, aut irritent, ſed in honore, atque æſtimatione habeant, ac venerentur, plurimos ipſis Magiſtratus, & honoratiſſimos demandent, & cùm plebejos illis collegas dederint, primas tamen Patricijs deferant. Sic enim erga plebem optimè afficientur, ſeque illi probare contendent, neque arbitror ullam hactenus Politiam interiiſſe, niſi priùs mutatæ in Democratiam, injuriis contumeliiſque optimates, & divites vexârit. Ex eo enim occaſionem aliqui è Nobilitate acceperunt, ut ſeſe vindicarent. Magni enim animi homines, & contumeliarum impatientes, cùm de rebus ſuis deſperârunt, facilè totam Rempublicam evertunt: & quemadmodùm cùm Reges in Tyrannos degenerant, multi ſunt, qui laudem occiſi Tyranni etiam cum periculo capitis quærunt, nec aliorum ſuppliciis deterrentur, ita cùm Politia à lege diſcedit, nec communem, ſed tenuiorum utilitatem quærit, Nobilesq; & Optimates ſervitio premere, & expilare incipit, multi vindices oriuntur. Eſt enim illa Reſpublica Tyrannis multorum capitum, quæ ut uno ictu confici non poteſt, ita lacerari per partes, & dividi poteſt. Lege Hiſtorias Græcas & Latinas, & ceſſante aut inclinato Imperio, Italicas invenies ſummas calamitates ab exulibus allatos eſſe; Exules autem orti ſunt ex Civiũ in ſe mutuò ſævientium conflictibus; pugnæ verò ex Reipublicæ vitioſâ adminiſtratione. Atque ut uno verbo complectar; optima

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [61] - 57

forma Reipublicæ popularis est, in quâ summa potestas est penes populum, summus honor penes Optimates, summaque curâ tenues adjuvantur. In quâ Optimatum dignitas pendet à populi suffragiis, in quâ honor defertur Optimatibus à populo volente: quia ubi illa moderatio adhibetur, nulla pars civitatis, mutare Reipublicæ formam optabit; ac proindè consensu præsentem statum tuebuntur. Quæ ex Politicorum opere magno, & variâ eruditione referto, nec tamen cuivis obvio, Reverendi illius Patris placuit hûc transferre.

CAP. IV. & Ultimum,

Continens de Jure Imperialium Civitatum, in immutandâ Religione,

DISCURSUM:

Ex causâ, quæ infrà hoc ipso capite, numero 9. habetur, huc translatum.

IMperii Civitatum multiplicibus privilegiis immunitatibusq; quibus jure optumo maxumo gaudent, & hocce adnumerandum esse, firmiter adsevero; quòd Religionem veterem, pariter ut cæteri Status, mutare queunt: etiamsi post pacem Augustanæ Confessioni datam, adhûc illæ veteres amplexæ fuerint ritus. Negant quidem hoc Catholico-Romani; quem in sensum apud Compilatorem Camerâlium præjudiciorum, §. *Civitas Imperialis*. Assessor quidam Cameræ
„ anonymus, ita censet: An Civitates Imperiales hactenus Catholi-
„ cæ, possint nunc demùm mutare Religionem? de Principibus nun-
„ quàm dubium fuit: de Civitatibus autem Imperialibus secùs. At verò contrarium sentiunt alii: *hâcq; de dubitatione consilium elegans Reip. Hagenoënsi datum (quæst. 1. 3. & 4.) extat in tomo 1. Symphorematũ supplicat. part. 1. tit. 3 de Religione fol. 264 ac tom. 3. fol. 766* & assentit Henr. Brunnig. *disp. de variis Vniversitat. specieb. (quæ tomo 1. juris publici, Hanoviæ edito &, item Disputat. Basiliens. part. 4. inserta est) th. 20.* Ac iisdẽ etiã adstipulari me cogit (1) præjudicium quod extat insigne, in Symphoremate supplicationum; *tom. 1 part 1. vot. 2 fol 211. col 2.* ubi per majora, in pleno Senatu concluſum fuisse refertur: processus adflictæ cuidam urbi, quæ etiam post Annum 55. Augustanam receperat confessionem, decernendos esse. *6. Febr. An. 1582.* Accedunt (2) Pacis Religiosæ

Religioſæ clariſſima verba: quæ quippe Statibus omnibus liberam mutandæ Religionis concedunt facultatem, hujuſque facultatis coartandæ, omnem præcîdunt occaſionem; tam ubi à Catholico-Romanâ ad noſtratem, quàm cùm ad illam à noſtrate tranſitur. Reichsabſchied zu Augſpurg/ *de Anno* 1555. §. Vnd damit ſolcher frid. ibi: Bey ſolcher Religion/ Kürchengebreüchen/ ſo ſie auffgericht oder nachmals auffrichten werden &c.

2. Et hoc eſt quod aliis verbis effertur, & pro vulgatiſſimo axiomate hodierni juris venditatur; Religionis ſcilicet mutationē, promanare eximmediatâ juriſdictione, & radicaliter etiam adnexam eſſe juri territoriali. Paurmeiſter. *2d juriſdict. cap. ult. ſub nu. 46. fol. 919. ad fin. & ſeq.* Petr. Leopoldi, apud Arumæ. *Diſcurſ. d. Iure publ. 24. quæſt.*

3. Hoc verò territorii jus, competere Civitatibus Cæſari immediatè ſubjectis; unanimi propè ſenſu, juris publici Doctores docent. Ac ſuarū partium ſtudio occæcatus manifeſtò fuit, ſuprà allegatus Adſeſſor cameralis; qui *apud Compilatorem dubior. & præjudicior. Cameral. dict. §. Civitas Imperial.* inſequentia verba ſcribit: Semper ego fui in illâ opinione, quòd Civitates Imperiales nō habeant Die hohe Landsfürſtliche Obrikeit; ſed quòd illa reſideat penes Imperatorem: multique alii Catholici mecum tenuerunt hanc opinionem. Attamen Catholici aliud, & contrarium aſſerunt in civitate Colonienſi; adeò quòd, niſi hoc illis concedatur, Catholicam ibidem conſervare Religionem, nullo ſe modo poſſe putent: & ideò vigore diſer Landsfürſtlichen Obrikeit/ Fiſcum in hâc civitate contra hæreticos conſtituerūt; quò compeſcerent eos. Conſultiùs tamen facerent, ſi hoc Fiſci jus, ſibi per Imperatorem tradi curarent: ne aliæ civitates illius veſtigia ſequantur, & conſimilia contra Catholicos tentent, quod hi contra hæreticos facere ſolent. &c. Sed hæc alibi (*nempe in diſſertatione de liberis Imperii Civitatibus*) latiùs refutabuntur: nunc id faciam preſsè, & etiam haut meis; verùm auguſtis Imperatoris Sigiſmundi verbis qui in der Reformation, de Anno 1436. de Imperialibus liberis Rebuspublicis, ita notanter reſcribit. Die Reichsſtätt ſtehen geſchriben Heilig/ dann jhnen wardt empfohlen alles recht vnd Göttliche ſeeligkeit/ vnd ward die Chriſtenheit durch ſie geſterckht/ vnd wurden jhnen Geiſtliche vnd Weltliche Recht empfohlen/ als dem Keyſer daß Reich: als ſie noch heut bey tag/ dem Heyligen Reich verbunden ſeindt/ bey Ayden vnd ehren zuthun. Et idem ibidem: Jhr würdige Reichsſtätte/ ſo man alle Welt rechnet/ ſo ſeind jhr doch die Glider/ die an dem Göttlichen recht nicht weichen ſollendt. Jhr habt ewer Freyheit von der Chriſtenheit: Jhr ſeind deß Heiligen Glaubens beſchirmer/ rechte Vögt. &c.

3. Porrò ergò in casu reformandæ Religionis, non opus esse videtur; ut Cæsareæ Majestatis assensionem priùs impetrent Civitates. Frustrà namque precibus imploratur, quod jure conceditur communi. *l. un. C. de thesaur. libr.* 10. Et ubi prohibitio abest, ibi culpa considerari nequit. *arg. l. Gracchus.* 4. C. *ad l. Iul. de adulter.* Cravetta, *cons.* 4. *incip. Præsupponitur. n.* 24. *& cons.* 63. *Primum dubium num.* 9. Nec quoque, si à Cæsareâ Majestate Civitas quæ Religionem mutare volet, mandato, vel etiam iteratâ jussione impediatur, obtemperandũ esse reputatur. Etenim injustitia notoria mandati, omne vinculum obedientiæ dissolvit. Abbas, & Decius *in c. si quando d. offic. delegat.* Nõ item in Principe justa præsumitur caussa, quandò is aliquid rescribit cõtra leges fundamentales, vel cum Ordinibus initam conventionẽ.

4. Usque hûc, sufficienter, ut puto, demonstratum est; nullo impediente obstaculo externo, Civitates liberas vel Imperiales, de Religione disponere posse: sed operæ pretium nunc esse mihi videtur, decisionẽ indagare notæ & vexatissimæ illius disputationis; An, si in in aliqâ Imperij civitate, Senatores unanimi, vel partis majoris assensu, Religionem Romano-Catholicam (verbi gratiâ) revocare velint, hoc num tribubus seu aliis civibus invitis, facere queant? aut si Senatus semper antiquos retinuerit ritus, an cives, eorumvè magna pars, jure petere queant exercitium liberum reformatæ Religionis; hocque illis Magistratus invitus permittere cogatur? Quæstio hæc in duabus maxumè, maximique momenti causis, coram Augustissimo Spirensi tribunali discussa, magnaque contentione agitata fuit olim: Civium (1) nempè aliquot Colonienſium, contra Senatum Coloniensem: *ut videre licet in Symphoremate supplic. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 3. *fol.* 160. *&c.* Herm. Esaiæ Rosacorb. *pract. forens. cap.* 32. *fol.* 66. *&c. ut &* In den Abschiden deß Kayſ. Cammergerichts *ordinari* vnnd *extraord. visitationen, fol.* 138. *& seqq. multis.* Item (2) Augspurg contra Augspurg: *Symphorema suppl. d t.* 3. *voto* 9. *fol.* 244. *&c.* cùm ibi ob Calendarii Gregoriani introductionem, Anno 1584. fierent turbæ; quarum historiam David Chytræus habet. *Sax. lib.* 26. *ad fin. fol. m.* 741. Hoc ipso in dubio, verti itidem videtur cardo processûs Wilensis (zu Weiler Statt) in vicinià nostrâ: ac quoque negotii Aquisgranensis. *vid.* die Relation / welcher massen deß Heiligen Reichsstatt / vnd Königlicher Stul Ach / durch den Herrn *Marquis de Spinola*, eingenommen vnnd beſetzet worden. consuli itidem potest historia Meterani, non uno loco: ac pariter Petrus à Beek *in descriptione urbis Aquisgranensis.* Ac licet quæstio ea, diversos & adversos etiam, nacta semper fuerit patronos; maxumè pro adfectus ad hanc vel illam Religionem propensione:

Nos ta-

Nos tamen ejusmodi in controversiis, cùm simpliciter & candidè procedendum esse arbitremur, si modò pacem publicam (simul & religiosam) velimus intemeratam conservare; cumprimis operæ pretiũ reputamus, argumentorum ut acies adversas, in campum producamus (quod & factum est à Petro Fridero Mind. 1. *d. processib. c.* 3. ac etiam auctore anonymo, quem Dn. Ant. Albicium esse puto, *Examinis edicti d. pace Religionis servandâ in Germania &c. quæst.* 7.) & quoque nuper ab Henrico Andrea Cranio, *in Dissertat. de pace Relig. part.* 1. *problem* 3. & oculo sinceri judicii accuratè perlustremus.

5. Ergò qui civium tuentur partes (à quibus non admodùm alienus est Paurmeisterus, *d. cap. ult. n.* 46.) ita non inargutè argumentãtur: (1) Quòd alia longè ratio sit subjectionis, respectu civium erga Senatorium magistratum; quàm aliorum subditorum erga Principes, Comites, aut Barones, Nobilesvè immediatos. Ut ideò, licet his liberum haut pateat exercitium Divini cultus, recusantibus Dominis suis, de illis tamen seciùs sit statuendum: quia nempè in Imperii civitatibus, non Senatus tantùm, sed unà etiam reliqui cives, statum Imperialem repræsentent; & non minùs ac Senatus ipse, Majestati Cæsareæ, sacroque Imperio immediatè subjecti existimentur: cùm eidem obedientiam atque fidelitatem, ex more juratò promittant; Es seind auch die gemeine Burger/ Kayſ. Majestätt vnd dem Heiligen Reich mit Eyden vnd huldigungs gelübdt verbunden. (2) Quamvis cives ipso actu, haut possideant senatoriam dignitatem; potentiâ tamẽ eandem habent, dum per liberum electionis votum, earundem capaces esse queunt. (3) Cives qui sunt extra Senatum, potissima videntur pars civitatis. (4) Declaratio denique Divi Ferdinandi Regis Romanorum super promulgandâ Religionis constitutione, Anno 1555. 30. Augusti facta (& quæ extat apud Gilman. *Symphorem. tom.* 1 *d tit.* 3. *fol.* 161. & Dn. Goldastum, *tom.* 2. *Constit. fol* 288.) pro civibus quoque gnaviter propugnat. Et nempè incolis Imperialiũ Civitatum, libertatem tribuit Religionis exercitium instituendi. Verba ita sonant: Daß jhr Königliche Majestätt nach gestalt der Burgerschafft vnd einwohner der Frey: vnd Reichs Stätte/ billich vnd gleichmäßig zusein erachte; In erwegung/ die Burgerschafft in den Frey: vnd Reichs Stätten/ alle zugleich vnnd ohne mittel dem Römischen Kayser vnd König/ vnd dem Heiligen Reich/ so wol als andere mehr vnderworfen. Vnd so nun andere Reichs Stände/ die alte Religion/ oder Augspurgische Confession zuhalten frey sein wollen/ daß solches den Burgern/ in Frey: vnd Reichs Stätten/ auch nit wol versagt werden möge. In erwegung nicht wenig beschwerlich were/ daß der weniger theil m

„ einiger Freyen vnd Reichs Statt / sich durch des mehrertheils Stimmen
„ im Rath oder Gemein / von seiner jetzo habendē alten Religion oder Kür-
„ chengebräuchen / zu der Augspurgischen Confession, oder herwiderum
„ von solcher Confession oder jhren Kürchengebräuchen / zu der alten Re-
„ ligion dringen lassen müste &c.

6. Nec tamen minùs prægnantibus rationibus roborare licet, Magistratus seu Senatus partes: in quas etiam secedere videtur Friderus, *supra dict. loco.* eumque sequutus Petrùs Syringus, *disp. d. pace. Relig. thes.* 41. & idem sub personâ Justi Springeri, *tr. d pace. Relig. cap.* 10. *fol.* 99. *&c.* (1.) In multis quidem differunt subditi Principum, Statuumq; similium, à civibus seu incolis civitatū. illi etenim nunquàm in Principis & Dominorum suorum, hi verò subindè ad Magistratus & Senatorum dignitatem evehuntur; nec aliundè nisi ex corpore Civitatis, Senatores peti vel legi solent. &c. Vicissim tamen in multis etiam, & præsertim quò ad obedientiæ vim, conveniunt Civitatum & Principum subjecti: non minùs quippè Senatui cives, quàm subditi suo Principi, obtemperare tenentur; tributum, vectigal, & munera alia, sivè ea patrimonialia, sivè personalia sint, præstare debent. Et proindè nec in publico Religionis exercitio adornando, maxumi illius Imperii partes, cui Religionis mutatio adscribi solet, ullo jure sibi sumere queunt. (2.) Etsi crassè populariterque loquendo, nihil aliud Universitas existat, quàm homines ipsius Universitatis: subtilitate tamen, fictioneque juris, unicam personam Universitas repræsentat. Acideo minimè procedit, sed pura puta est asyllogistia: Imperii Status civitas est, & eo nomine, vigore Pacis Religiosæ, ex arbitratu libero Augustanā confessionem amplecti, ejusq; exercitium inchoare potest. Ergo etiam singuli cives, eorumve insignis aliqua pars, tanquam Universitatis membra; hoc idem facere queunt. Id etenim privilegium, isque honor Universitatis est, non singulorum. Universitatem verò totaliter & universim, Senatus repræsentat; cui utpote jurisdictionis & imperii vis, concredita censetur: pariter ferè, ut plures quamvis in Capitulo Canonici sint, non tamen hi, sed Episcopus, pro Statu Imperii habetur. (3) Qua eadem ratione, nec illud quicquam sublevare Cives potest, quòd, qui sunt extra Senatum, potissimam constituere dicuntur Civitatis partem. Potius enim, non in numero semper, sed ut plurimùm in dignitate consistit. Et sic, cùm (ut modò dictum) jurisdictio omnis, penes Senatum plerunque sit, eāq; Cives omninò destituantur: potior idcircò Civitatis pars, Senatus erit. (4) Ferdinandi Regis declarationem eò quòd Recessibus Imperii non sit inserta, haut multùm probare

posse

posse videtur. Quin & eadem, magis ad deliberationem de futurâ pace Religionis sanciendâ; quàm ad ejus interpretationem vel derogationem pertinere; cùm ipse contextus, tum & dies adscripta, seu datum (ut vulgò loquimur) produnt satis manifestè. *Aliis quoque rationibus multis, declarationis hujus nullitatem evincere satagunt* Rosacorb. *pract. foren. cap.* 32. *fol.* 67. & Syringus, *thesi.* 41.

7. Ut ut hæc utrinque speciosa videantur, ita ut in ancipiti constitutus, quam in partem judicii æquilibrium propendere debeat ignorem: rem tamen distinctione aliquâ indigere puto. Illud inprimis extra dubitationis aleam costitutum est: Quibus in Liberis vel Imperialibus Civitatibus, ante pacem hancce factam, utraque in usu promiscuo religio fuit, in iis porrò sic manere debere. Donawert. Errinnerung/*part.* 1. *fol.* 21 Et ita etiam in constitutione Religiosæ pacis disertè sancitum est: §. Nach dem aber. 27. Nach dem in vilen Freyen vnnd Reichsstätten/ die beeden Religionen ein zeit hero im gang vnd gebrauch gewesen/ daß die hinfüro auch also bleiben/ vnd in solchen Stätten gehalten werden. Auch derselben Fryen vnd Reichs Stätt Burger vnd andere Einwohner/ geistlichs: vnnd weltlichs standt/ fridtlich vnd rühig bey vnd neben einander wohnen/ vnd kein theil des andern Religion/ Kürchengebreüch/ oder Ceremonien abzuthun/ oder ihn darvon zutringen vnderstehen solle. Ergò jus id, quod cives communi Imperii lege quæsitum habent, à Senatu tolli nequit: & quamvis ideò omnes Senatores, ad Catholicam v. g. inclinent Religionem; civibus tamen exercitium diversæ confessionis, nullo sub prætextu adimere debent. Sicque Biberaci, Ravenspurgi, Augustæ Vindelicorum, aliisque similibus in locis, Senatores, qui partem maximam Catholici sunt, ad usum civium, qui Augustanæ addicti confessioni, Ecclesiæ ministros sustentant, aluntque. Ex quibus & illud deducitur subsequenter, si, (ut non rarenter usuvenire comperimus) Augustanam confessionem qui amplectuntur, Legibus aut Statutis per Catholicos (aut è contrà) excludantur à Senatu; vel etiam prohibitio fiat, ne ullorum votis ad Senatorium ordinem aggregentur: id in Pacificationem religiosam facinus temerarium reputari. Sicque nisi ordinarius subveniat Magistratus, ab Imperiali Camerâ, supplicando petere licere, ut debiris processibus, turbatis subveniatur. Petr. Frider. *d. cap.* 31. *num.* 18. Syringus *thes.* 41. *ad fin.*

8. Cum verò favori pro se indroducto, quilibet renunciare queat: & recepti etiam existat juris, renunciare beneficio statuti, in ejus favorem principaliter introducti quem posse; licet id secudariò respiceret publicam utilitatem. Aretin. *in* §. *idem num.* 45. *Inst. de excep-*

tion. Rol. à Valle, *cons.* 25 *num.* 10. & 28. *lib.* 2. Cumque cessante causâ, ejus quoque desinat effectus; ac quicquid conceditur ex causa, secundum illam debeat regulari: *per jura vulgò vulgata.* Ideò si cives, qui Catholicam anteà Religionem amplectebantur, mentem hâc in parte mutent; licitum quoque censeri potest, Catholicum abolere cultum. Sin item civium Catholicorum numerus decrescat; non prohibitum esse reputarem, unum atque alterum adhuc Templum, de novo addicere crescenti Religioni, & pro numero ovium Ecclesiæ adversæ, numerũ etiam ac qualitatem mutare Templorum. Et ita, vel invito auctore Der Donawerttschẽ Erinnerung *part.* 1. *fol.* 49. & *seq.* aliisque Catholicis reclamantibus, concludunt; nostrates haut in Religiosæ pacis constitutionem impegisse Eslingenses, Hailbrunnenses, &c. aliasque Respublicas Imperiales, quæ demùm post pacem nostræ Religioni datam, reliqua Catholico-Romanæ Ecclesiæ, quæ supererant sacra, restrinxerũt, aut etiam antiquarunt in totum. Quin & hoc tradi solet, Civitates Imperiales Augustanæ confessionis (non Episcopum vel Ordinariũ, qui eo loci antè fuit) iurisdictionem quoque Ecclesiasticam habere in reliquos Catholicos cives. *qua de re disquirit* die Donawerttsche *information part.* 1. *fol* 50. §. Wafehr es nun war sein solte/ & *foliis seqq.*

9. Si autem tempore pacificatæ Religionis, Catholicæ vel Reformatæ exercitium confessionis, in omnibus ad Civitatem pertinentibus Templis fuerit in usu; Annè tunc Senatus, mutationem aliquam suscipere queat; num verò Civium beneplacitum aliquid hîc operetur? id (ut jam modò *num.* 7. dixi) absque subsidio distinctionis tractari, decidique nequit. Et nempe, cùm nunc Religio, jurisdictionis sequela planè sit (quod & â me suprà *num.* 2. adprobatum est) accurato judicio indagandum puto; annè Senatus habeat omnem potestatem, Imperiumque omne, aut num simul penes plebem, aliqua resideat eminentia potestatis. h.e. perspiciendum erit; an ad aristocraticam formam, Civitatis regimen accedat. Quod & monere videtur Paurmeisterus, *dict. cap. ult. num.* 48. & *seq.* ac post Arnisæum, disertè Cranius probat, & in decisione hujus quæstionis sequendum putat. Et hinc, si potestas omnis, in Senatum à populo fuerit translata: vel potiùs, si Regalia ac superioritatis jura singula, Senatoribus contulerit Imperator; ita ut in iis omnibus administrandis, ipsam referant Civitatem, sintque in Republica loco Optimatum, penes quos est ἀόριστος ἀρχὴ, vel παντων κυρία: non sanè tunc major erit Civium circa Religionis immutationem, quàm cæteris Statibus (Ducibus sc: Comitibus &c.) subjectorum, potestas. Nec quippe hoc in casu, si-

mul

mul etiam cives, agere Imperii Statum; sed ii Cæsareæ Majestati, Sacroque Imperio, mediatè subjecti censentur. Responsum pro Civitate Fridtberg/ *fol.* 53. Reinking, *libr.* 1. *class.* 5. *cap.* 10. *ad fin.* At vicissim, in Reipublicæ administratione, democratica (aut mixta etiam) si ratio observetur; si quæcunque sunt jura Civitatis, non Magistratui Rectoribusvè, sed toti communitati concessa fuisse, apud eamque, in totum vel ex parte adhûc residere constet; aut si Tribuni Tribusque aliquam habeant potestatem (da die alten zünfften noch im schwang/ ut sc: RottWilæ, Reitlingæ, & ut puto Argentinæ &c.) Civium certè consensus necessarius est omninò; horum præter voluntatem, ut aliis in rebus, sic & in hocce negotio cumprimis, ob maximum ejus momentum atque pondus, disponi mutarivè potest nihil. An autem in Republicâ vigeat Aristocratia, aut verò Democratia, hoc non ad juridicialem, sed ad conjecturalem statum pertinere; h. e in facto magis, quàm in jure consistere videtur: & tamen Paurmeisterus *d. cap. ult. sub. num.* 51. *ad fin fol.* 923. notas aliquas adducit, ex quibus id cognosci queat; cujus scrinia non compilo.

10. Et capit hæc nostra decisio robur ex eo, quòd disputat & decidit Hartmannus Pistoris; *lib.* 1. *quæst.* 37. *num.* 5. *ad fin.* Senatum quoque Civitatis, absque Tribunorum convocatione, de quâcunque re statuendi facultatem habere; si talis sit in Civitate Senatus, qui omnes ordines repræsentet. Quò pertinet quoque illud, quod scribit Andreas Rauchbar, *quæst. Iur. civil.* 1. *part.* 2. Syndicum Civitatis, à Consulibus & Senatoribus, Von Burgermeistern vnnd Rahtsmannen/ absq; Tribunorum plebis interventu, constitui non posse: verũ id procedere tum demum, si rerũ ad Civitatem pertinentium gubernatio, Tribunis competat quoque &c. Id quod teste Keckermanno, 2. *Polit. c.* 5. in Civitatibus mercaturæ deditis, plerunque fieri solet. Addi potest Paurmeisterus, *sæpè laudato cap. ult. sub. num* 52. *vers. Esse autem in plerisque Civitatib tria consilia. fol.* 925.

11. Illustrantur hæc itidem, Privilegio Wenceslai Francofurtensibus dato; Das die Burger dem Rhatt/ von wegen deß Kayſers vnnd des Reichs zu schwören/ vnd in allen sachen zugehorsamen Schuldig sein sollen. Et ita concludi necessum est, merum inibi Aristocraticum esse statum. Ex quo eodem fundamento, in suprâ adducto consilio pro Rep. Hagenoënsi, *quæst.* 5. *in Symphorem. supplic. tom.* 1. *fol* 270. decisum invenimus; Das ein Ersamer Rahtt nicht schuldig/ die Kayserliche Schreiben wegen abstellung deß exercitii Augustanæ Confessionis, einer Gemeine zueröffnen: Weil hierdurch ein Ersamer Rahtt wider sein alt herkommen/ Freyheit vnd Gewonheit/ handlen würde/ auch

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [69] - 65

bey andern Frey: vnnd Reichs Stätten gantz nicht gebreüchig/ daß sie der gemein die Schreiben oder rescripta, so an dem Kayſ. Hoff außgehen/ communicieren/ oder fürhalten. Inmassen nicht weniger in der Kayſ. Cantzley der Stylus nie geweſen/ die vberschrifft an den Rahtvnd die Gemein zuſtellen &c. Vicissim verò Cives Colonienſes, Freye Königliche Burger indigitãtur, in Colonienſibus Statutis *fol. 46. & ſeq* Verba ita ſonant: Es iſt zuwiſſen/ daß ein Statt von Cöllen/ ein freie Reichs Statt/ vnd alle Burger freye Königliche Burger ſeind/ vnd frey gehuld von einem Römiſchen Könige &c. ubi in ſubſequentibus, multorum Privilegiorũ mentio fit, reſtringentium Senatus poteſtate: & quæ ideò ſtatum inibi democraticum, vel mixtum eſſe, probabile reddunt. Et verò, quòd ibi Civibus proceſſus contra Senatum denegati fuerunt: factum id ideò jure fuit, quòd pauci quidam, non Tribus univerſæ, hoſce petierunt.

12. Ac tandem durum, & à Chriſtianæ Religionis principiis diverſum planè eſt; ſi qui Reipublicæ poteſtatẽ habent (Senatus nempè vel populi major pars) cives particulares, intuitu Religionis, mit Fiſcaliſchen Proceſſen/ inquiſitorio vexare vélint modo (quod quoq; meritò carpit auctor Examinis Edict. de pace Relig. *d quæſtio. 7. §. concluſio.*) ut Coloniæ factum fuiſſe refertur in quadam Supplicatione, quæ eſt apud Roſacorb. *cap. 21 fol. 63.* pro quo tamẽ *ibid. fol. 66.* Romano-catholicus quidam JCtus, propugnare, idq; exemplo Lutheranorum excuſare conatur. Recténe, an ſecùs, meum non eſt judicare.

DISCURSUS IV.

De Statu Reipublicæ Subalterno.

CAP. I.

De ſpeciebus & proprietatibus Imperiorum Subalternorum.

ALia nunc Imperiorum Diviſio ſuccedit, quâ illorum quædam *Abſoluta* quædam *Subalterna* dicuntur. Pierre Charron. 1 *d. la ſageſſe, cap. 44.* Botero, *d. ragion di ſtato. fol. 2.* ſeu, quod idem eſt; Imperium, aut primùm, aut à primo dependens exiſtit. Bornitius, *de Maieſtat cap. 12. fol.*

12. *fol.* 107. vel ut Kirchnero loqui placuit; Majeſtatis aliud, aliud Imperij eſt. *Diſputat. de Republic. 2. theſ. 2.* Eademque ratione, Paulus Buſius, *Diſputat. politic. 1. theſ. 19. & libr. 1. de Republic. cap. 5.* Rempublicam omnē, reſpectu Imperii duplicem eſſe ſcribit, ſupremam, ſeu Univerſalem; quæ Imperio ſupremo, ſine alterius recognitione cōſtat: & particularem, quæ quidem Jus Reipublicæ habet, ſed à ſuperiori, *totit. Cod. de jur. Reipubl. libr. 11. l. municipes 14. ff. ad municipal. l. Magiſtratus 6. ff. de adminiſtrat. rer. ad Civitat. pertinent.* Imperia abſoluta, extra ſuum territorium ſuperiorem non habent; ac ita nemini, niſi immediatè Deo: Subalterna verò, alteri vel Populo, vel Principi ſubſunt. Vincentius Cabotius, *libr. 1. Diſputat. cap. 12.* Imperium abſolutum is, penes quem eſt Majeſtas, ſolus ſibi vendicat, velut fons, & caput jurisdictionis: ſubalternum autem cenſetur, quod à primo in alios diffunditur atque derivatur. Fulvius Pacianus, *libr. 2. de probation. cap. 43. n. 7.* Lancell. Cunrad. *in Templ. omn. Iudic. 1. cap. 1. §. ad verbum* Thomas Michael, *Diſputat. de Iurisdict. theſ. 1.* Et porrò Imperiorum ſubalternorum omni ex ævo, exempla complura Cabotius refert, *ſuprà laudato loco.* Sicque habetur Geneſ. *cap. 14. verſ. 4.* quod aliqui Reges, ſervierint Cadarlohomor. Ita Moabitæ ſervierunt Davidi ſub tributo. 2. Samuel. *cap. 8. verſ. 2.* & idem Syros coercuit hâc ratione *verſ. 6.* conſtituitque præſidiarios milites in Edom. *verſ. 14.* Sic & Salomon dominans erat in multa regna, offerentia munus, & ſervientia ei. 1. Reg. 4. *verſ. 21.* Moab quoque præſtabat tributum pecorum, Regi Iſraëlis. 2. Reg. 3. *verſ. 5.* Sic pariter Romani, multos Reges ſub ſe habuerunt: Julius Cæſar Bulenger. *libr. 3. de Imperatore Romano, cap. 38.* eoſque in ſuis ditionibus reliquerunt, tanquam inſtrumenta ſervitutis. Montaigne, *libr. 2. des Eſais, cap. 24.* Et tale etiam ſubalternum fuit Herodis Regnum: quem Auguſtus, ante adeptam Regiam dignitatem, amicum; poſtea ſubditum vocavit. Joachimus Stephani, *libr. 1. de Iurisdict. cap. 7. num. 79. &c.* De ſubalterno item Imperio, Livius eſt ſubaudiendus, cùm *6. decad. 4.* dicit: Apud Achæos precaria libertas, apud Romanos etiam Imperium eſt.

III. Imperia ſubalterna, quò ad ſubditos ferè abſoluta: & eadem Dominorum ſuperiorum reſpectu, non abſoluta exiſtunt. Cæphalus, *conſil. 539.* Petrus Antonius de Petra, *tract. de poteſt. Princip. cap. 2. & 3.* (ubi multa de Principum inferiorum jure & poteſtate) Albericus Gentilis, *Diſputat. reg. 1. fol. mihi 17.* Andreas Knichen, *in Epopſi, num. 389. &c.* Hincque dici ſolet, ſubditos fortiùs adſtringi Principi ſuo immediato, quàm ſuperiori. Et ita Imperia ſubalterna, Rempublicam quò ad ſuos ſubditos ſeparatim conſtitutam habent: & ſu-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [71] - 67

perior magis respicit superioritatem, quàm ei civium mediatè subditorum probitas sit curæ. Quamvis & superiori interdùm prospicere incumbat ne inferior re suâ malè utatur. Ut & in Regnis subalternis electio vel successio sufficiens haut est ; sed insuper requiritur confirmatio vel investitura superioris. Ac si qua de ejusmodi Regnis cõtroversia oriatur, superioris est, illã definire: ut Vincentius Cabotius putat, *dict. cap.* 12. Sed tamen consuetudo, singularesque conventiones hîc cumprimis sunt attendendæ. Potest item diversarum ditionum respectu, quis esse summus & subalternus. Et ita Daniæ Rex, habitâ ratione Holsatiæ Ducatus ; Monarcha Hispaniarum, intuitu Burgũdicarum Provinciarum, Imperatori parent. Dn. Cluten. *in Syllog. thes.* 10. *lit* E. *ad fin.* ReinKingk. *lib.* 1 *class* 2. *cap.* 4. *num.* 17.

III. Imperiis subalternis, primò aggrego, Tributaria Regna (ubi scilicèt tributum datur, in signum & recognitione superioritatis) Ego *tractat de fœderib cap* 5. *num* 18 Verè tributaria ergò Regna sunt, ubi victo (& ita alterius ensem recognoscenti relinquitur Imperium; sed tamen cum fiducia superioris. Sicque Crœso mansit Regnum, beneficio Cyri : inibique ferè absolutam, usurpavit Majestatem. Justinus, *libr.* 2. *fol. mihi* 8 Sicque Carolus V. Imperator Muleassæ Afro, restituit Regnum, impositio tamen Tributo. Laurentius Surius, *in histor. fol.* 279. *sub Anno* 1535. At verò à Tributariis pensionarij omninò seiungendi sunt. Nec enim præstatio pensionis ullam regulariter subjectionem inducit: Schönborner *libr.* 5. *politicor. cap.* 10. *ad fin* & addatur Bodinus, *libr.* 6. *cap.* 2. *num* 648 Kirchnerus, *Disputat. de Republic* 16. *corollar.* 2. Et eam etiam Athenienses ac Romani, à sociis suis exegerunt. Arnisæus *doctrin. politic. libr.* 2. *cap.* 5. *fol.* 562. (Licèt turpe habeatur, & etiam periculosum, tale aliquid præstare. Kirchnerus, *dict. loc corollar.* 4) Ac ideò adhuc minùs, Imperator Germanico-Romanus (in qualitate Ungariæ Regis) Mauritaniæ Reguli, aliique qui Principi Turcarum, ne provincias, ac regiones ipsorum excursionibus vexet, annuam exsolvunt pensionem, hoc ipso summâ & absolutâ excidunt Majestate. Sorantzius, *in Ortoman. libr.* 1. *cap* 29. Clarissimus Dn. D. Thomas Lansius, *in eleganti de Lege Regiâ, ante multos annos edito Discursu, nunc Disputationibus Basileensibus inserto, thes.* 51. *& seq.* Dn. Hortleder, *in not. ad literas Francisci I. missas Ordinibus Imperii Romani. quæ extant. Tom.* 1. vom Teutschen Krieg/*libr.* 1. *cap.* 18 *fol.* 83. *& seq.* Ego, *in tractat. de Appellation. cap.* 4. *num* 5. *fol.* 115. *& seq.* Et sic etiam Scythæ olim, universæ Asiæ vectigal imposuerunt: Justinus, *historiar. lib.* 2. *fol. mihi* 18. (ac nunc à Tartaris, ipsi eriam Turcarum Imperatores, Moschus atque Polonus, pecuniâ redimunt incursionum vexationes. Soranzius *dicto loco.* & ipsi etiam Romani veteres

teres Imperatores, à Barbaris Pacem redemerunt. Ego, *allegat. loc.* Neque etiam fœdus illud ſubjectionem importat; ubi pactio adjecta eſt, de comiter conſervandâ confœderati Majeſtate. Innuit enim, inferiorem non ſubjectum eſſe talem, qui obſervantiam promittit *l. 7. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Nec qui comem obſervationem alienæ Majeſtatis promittit, ſi hoc non faciat; crimen Majeſtatis committit, licèt contra pacta & conventiones agat. vid. Dn. D. Bocerum, *tractat. de Majeſtat. cap. 1. num. 44. &c.* Johannem Cammannum, *Diſputat. de Iurib Majeſt. 10 theſ 38.* & Bornitium, *de Majeſt. cap. 2. fol. 8.* Sic pariter à ſubjectis ſecludendi ſunt Clientes: qui inferiores, ſecuritatis & defenſionis cauſsâ, ſuperioribus ſe ſubmiſerunt: cùm per illam ſubmiſſionem, Jurisdictio ordinarij (ac ita etiam propria libertas) ſalva exiſtat. Indeque communi ſcito deciſum eſt, Clientes, Schirmbsverwandten/ non pro ſubditis Patroni habendos eſſe. Gail. 2. *obſervat. cap. 54* latiſſimè Arniſæus, *de Mateſtat. libr. 1. cap. 4.* Dn. Johannes Cammannus, *Diſputat. de Iurib. Majeſtat. 1. theſ. 27.* Grævæus, 2. *concluſ. 54* Valentinus Forſterus, *tractat. de Iurisdict fol. mihi 473. &c.* Ego, *tract de appellation. cap. 4. ſect. 5. & de fœderib cap. 5. num 12.* Et hinc quoque deducunt; Protectorem non poſſe jure Clientelæ, à Clientibus ſuis exigere penſitationem, vel collectam.

IV. Ad Subalterna porrò Imperia, pertinent etiam, Feudalia Regna. Arniſæus, *de Mateſtat. libr. 1. cap. 5.* Quorum tamen quædam liberiora ſunt: quædam ſimul ſubjectione haut exiguâ affecta. Pierre Charron, *de la ſageſſe, libr. 1. cap. 44. fol. 243. & ſeq.* Qualia Feuda libera ſunt, quæ ſuperiorem, non aliter ac Feudi (non ut territorii) Dominum agnoſcunt. De hisq; ſubaudiri debet, quod dici ſolet (& ego, *cap. ſeq.* latiùs adprobabo) regulariter Vaſallum, per fidelitatis feudalitiæ promiſſionem, ad ſubjectionis jus haut alligari: quodque aliud Homagiũ, aliud fidelitatis promiſſio debeat reputari. Gail. *tract. de Arreſt. cap. 7. num. 10.* Dn. D. Bocerus, *tract. de inveſtitura, cap. 4. nu. 7. &c.* ac noviſſimè Caſpar Zieglerus, *in addition. ad Cajvot. §. Landſäß/ concluſ. 1 num. 49. &c* Ac ſanè Vaſallus liberalia ſervitia Domino præſtat, militaria putà: quæ & fœderatus ei, cum quo iniit æquale fœdus, præſtare debet. Et indè nec Crimen læſæ Majeſtatis committere volunt Vaſallum, contra Dominum aliquid machinantem, *Clementin. paſtoralis. §. Deniq; iunct. §. rurſus. tit. de ſentent. & rejudicat.* Dn. Cammannus, *de Iurib Majeſtat. diſputat. 10. theſ. 5.* Quodq; Rex, Marchio, Dux, Comes, &c. ab alio Regnum vel ditionem ſuam recognoſcentes; licèt Feudatarij ſint, utile tamen Dominium habeant tantùm reſpectu territorij univerſi: in juribus verò ſingulorum, fru-

antur plenitudine potestatis, directéque possideant jurisdictionem. Paurmeister. *libr. 2. de jurisdict. cap. 4. num. 45. & seqq. multis.* Taleque liberum Feudum, Mediolani Ducatus existit: si (ut ajunt) in ejus Investiturâ reperitur; quòd inibi facere Dux possit, ea quæ Romani Imperatores ac Reges, de plenitudine potestatis gerere queunt. Rosenthal. *cap. 5. conclus. 13.* vide D. Martam. *libr. 1. de Iurisdict. cap. 33. num. 37. &c.* Sic pariter, licèt Apuliæ Rex, & olim etiam Ferrariæ Dux, recognoverint Ecclesiam in superiorem: quòd tamen recognitio illa accidat, quòad dominium universale totius Regni vel Ducatus, & quòad feudalem tantùmodò superioritatem; non quòad particulare jurisdictionē in subditos, & quòad Leges cōdendas, aliaq; concernētia Jus singulare: assertat Knichen, *de territor. Iur. cap. 1. nu. 371.* & vide me *in tract. de adpellation. ca. 4. sect. 5. ad fin.* Regemq; Neapolitanū, & Principes Italiæ plerosq;, solo in augurationis jure, Pōtificē recognoscere, vel Imperatorem: cæteras provincias sibi subjectas, suo arbitrio moderari, Nicolaus Betsius scribit, *tractat. de pact. famil. Illust. cap. ult. fol. 638.* Et huc quoque Vicarii Imperii perpetui sunt referendi: qualis est inprimis Sabaudus, &c, qui ferè omninò liberi sunt, quamvis Imperii Vasalli existant. Et de quibus, in opere coronar. *lib. 9 cap. 20. ad fin.* Carolus Paschalius, ita censet: Hodie, inquit, (quod advertendum) pristina illa Imperatoria potestas, si non penitus intra Germaniæ fines est contracta; saltem non ferè longius, quàm in Italiam, & conlimitia Galliæ excurrit: inquibus ipsis tamen est admodū retusa atque hebetata; propter istos Imperii perpetuos Vicariatus, nimiùm frequenter concessos. Quos quò pertinuisse dicam, nisi ad Imperium minuendum, dehonestandum, lacerandum? Gratiæ paucorum videlicet, dati sunt, ex quâ Imperii pernities plenè est orta. Nam quid aliud est agere alicubi perpetuū Vicarium Imperii, quàm in propriâ ditione Augustulum se jactare, vix ullo Augusti respectu? Hinc nempè, Imperium magnum, validumque, aut saltem Imperii magni reliquiæ parvæ, ad provincialia Dominia sunt traducta, quæ plerunque popularibus intolerabilia esse deprehenduntur. Nam ipsa ditio, authoritas, & potestas Imperatoris, hodie umbra, nomenque Imperii, non Imperium est. Et adde eundem Paschalium, *dict. lib. 9. cap. 22.* ubi inter majores & minores Duces discrimen facit.

V. E contrà sunt etiam Feudalia Imperia alia, majore, quàm illa generis prioris, subjectione impedita. Sic Belgium ante aliquot annos, Feudi titulo, Alberto Archiduci, ejusque conjugi concessum, eas habet conditiones, quæ subjectionem arctissimam inducunt. Emmanuel Meteran. *histor. Belgic. libr. 21. fol. mihi 83.* Itidem in Comitatu

mitatu Hohenbergenſi, aliiſq; ditionibus, Carolo Auſtriaco, Burgoviæ Marchioni, Feudi nomine aliquot ante annos datis; incluta Auſtriaca Domus, reſervavit ſibi provocationes extremas, extraordinarias collationes, aliaque ſummi Imperij jura. Obſervavi tandē & illud; Feuda quæ à Domino proficiſcuntur, & maximè quæ de territorio ſunt; ferè ſubjectione adſtricta eſſe: non ea, quæ ultrò, [illegible] allodium eſſent, Vaſallus feudalia fecit (auffgetragene Lehen) Pierre Matthieu, *hiſt de la Paix, libr 2. narrat. 2. num. 3. mihi fol. 292. ubi id in marg. notat.* in quibus Dominus ferè Clientelare tantummodò jus acquirit; ut etiam Molinæus, *ad Conſuetud. Pariſiens. tit. 1. §. 1. verb. le fief. gloſſ. 5. nu. 21 in fin.* tradit, per ejuſmodi allodii oblationem, in Germaniâ ſatis frequentem, feudum tantùm ſimplex & voluntarium conſtitui; nullo ſcilicèt modo territoriali jurisdictione affectum, vel infectum.

CAP. II.

An Vaſallus pro ſubdito ſit habendus? Ac item inſertum hîc eſt C. B. Reſponſum juris Singulare: de Clauſulâ, quâ quis inveſtitus eſt

Mit den Gerichten ꝛc.

SEd quod dixi, Feudalia Imperia eſſe Subalterna, & tamen Vaſallū haut pro ſubdito haberi debere: in id anxiè magis eſt inquirendū; hucque transferre lubet, quæ eâ de re, aliquandò ſum commentatus, & ita ſe habent. Quæſtio illuſtris admodùm eſt; Alterius an fiduciarius, ſeu Vaſallus, ſummâ poteſtate, quam Majeſtatem vocant, deſtituatur: eorum nempè bonorum ratione, quâ eſt Vaſallus? Hoc etenim controverſiâ vacare videtur omninò; quòd vaſallus, ſi alia etiā bona, in quibus ſuperiorem non agnoſcit, habeat: nil id prorſus impediat, quò minùs Majeſtatem retineat in illis: Gail, *de Arreſt. cap. 6.* Knichen, *de inveſtitur. pact. cap. 5. num. 112. 132. &c.* & dixi *tract. de appellation. cap. 4. num. 6.* Neque enim contraria vel abſurda ſunt, aliquem eſſe reſpectu unius in libertate, & reſpectu alterius in ſervitute: quia ſeparatorum ſeparata ratio eſt, *l. duorum ff. de oper libertor.* Quis enim Regem Angliæ, cùm adhuc Normanniam, Aquitaniam, Touroniam à Gallo, Feudi jure teneret, in Anglos & Hibernos; Quis Carolum V. Imperatorem, cùm Flandriam, Atrebaten, & Hennegoviā à Gallo; Mediolanum & Burgundicum Comitatum, aliaque inferio-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [75] - 71

ris Germaniæ territoria, ab Imperio, Neapolitanum, Siciliæ, Corsicæ & Sardiniæ Regnum à Pontifice, Feudi onere obtinebat, in Hispanos; Quis Daniæ Regem, licèt Holsatiæ Ducatum ab Imperio agnoscat, in Danos Majestatem non semper retinuisse affirmaret?

II. Illud verò dubitationem habet majorem, imò maximam: an præmemorati Reges & Principes, æquè in Feudalibus illis bonis, ac in cæteris, quæ liberè, jure que optimo maximo possident, Majestatem habere videantur? Id sanè negandum videtur. Etenim inter Dominum & Servum, inter Clientem & Patronum auctoritas, imperiũ, potestas, discrimen facit. Lubens Alberico Gentili, *1. de jur. belli cap. 3. ad fin.* dederim: istam facti quæstionem ex tenore decidendam esse investiturarum, & libertatum instrumentis. Hoc quippè verum est generaliter; ut potestas Feudatariorum de investitura quæratur. Rosenthal. *concus.* 12. sed in Thesi, hanc rem si ponderemus: generalis mihi videtur regula sancienda: vasallum quò ad personam subditum non esse, quod textu probatur aperto, *in cap. pastoralis § deniq., junct. § rursus tit. de sentent. & re judicat. in Clement.* ubi habetur, quòd Imperator Romanus in exterum Regem Vasallum suum, ratione personæ illius Regis, nullam superioritatem habeat; ita ut in se ab ipso Rege Majestatis crimen commissum dicere non possit: quam etiam Conclusionem probant, quos refert & sequitur, Tiberius Decianus, *tract. Criminal. libr. 7 cap. 2 num. 7.* Ac si quid faciat, quod sit in alio crimen læsæ Majestatis; is saltem Feudo privetur. Sixtinus, *de Regalibus libr. 1. cap. 20. num. 37.* Rosenthal, *cap. 10. concl. 31. num. 36. gloss. 6.* Vasallus tantùm fidelitatis nomine, Domino obnoxius est; & nisi ex alio capite præter Feudi conditionem & Legem, Domino fuerit addictus, subditum minimè refert, Guido Papæ, *decis. 518. num. 2.* Hartman. Pistor. *quæst. 15. num. 11. libr. 1.* Quodque regulariter Vasallus, fidelitatis feudalitiæ promissione, ad jus subjectionis non alligetur: aliudque homagium, aliud fidelitatis promissio reputetur; disertè docet Gail, *tract. de Arrest. cap. 7. nu. 10.* Qualitas enim Vasallatica, ex non subdito, subditum haut facit. Bidembach. *quæst. nobil. 2. nu. 13.* Rosenthal *de feud. cap. 11. concl. 14.* Gail, *de pignorat. cap. 15. num. 3.* Rüdinger. *cent. 3. observat 30.* Et feudi concessio, nunquam per se subditum reddit, nec vasallus Domini feudi subditus est, neque Feudum subjectionem dare potest. D. Marta *de Iurisdict. part. 4. cap. 133. num. 13.* Choppin. *de morib. Parisien. sib. tit. 2. num. 2.* Paurmeister *de Iurisdict. cap. 3. num. 42.* Tiberius Decianus, *Resp. 18. num. 340. vol. 3.* Matthæus Wesenbecius, *consil. 1 num. 57.* Knichen in *Epops. Dauth num. 141.* Johannes Vincentius Hondedæus, *vol. 2. consil. 6. num. 3.* Hinc-

que licèt.

que licèt nonnunquàm uſu loquendi, à nonnullis recepto, Vaſallus ſui Domini ſubditus dicatur, Cravetta, *conſil.* 201. *num.* 17. Paurmeiſter, *de Iurisdict. libr.* 2. *cap.* 9. *num.* 49. Id tamen non verè & pleno cum effectu, ſed abuſivè eſt intelligendum. Mynſinger, *conſil.* 7. *num.* 8. *decad.* 11. Iſta namque catachreſis, ratione recognitionis feudalis, ſervitiorum atque fidelitatis irrepſit, & non intuitu ſubjectionis jurisdictionalis. Mindanus, *libr.* 1. *proceſs. cap.* 32. *num.* 2. Paurmeiſter, *de Iurisdict. libr.* 2. *cap.* 8. *num.* 40. Renat. Choppin. *de morib. Pariſienſib. tit.* 2. *num.* 51. Nec novum eſt, ut aliquis Dominus adpelletur, qui tamen Dominus territorii non eſt; ſed tantummndò certo aliquo reſpectu. Capyc. *deciſ.* 26. *num.* 31. Gœddæus in dem Gründtſiche Bericht von der Statt Fridtberg ꝛc. *cap.* 3. *num.* 12. Et ſic longis inter ſe paraſangis invicem diſtant, juramentum ſubjectionis, & feudale. Roſenthal. *cap.* 6. *concluſ.* 85. Ludolphus Schraderus, *de feud. part.* 6. *cap.* 4. *num.* 6. *&c.* Maullius, *de homag. tit.* 1. *num.* 5. 6. Antonius Faber, *libr.* 7. *Codic. diffin.* 5. *&* 6. Rationes diverſitatis prolixiùs perſequitur Matthias Stephani, *libr* 2. *de jurisdict. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 226. *& mult. ſeqq.* Et indè etiam nullam inconvenientiam eſſe dicunt; ut major poſſit alterius minoris vaſallus eſſe. Franciſcus Hotomannus, *illuſtr. quæſt.* 35. Hermannus Vulteius, *libr.* 1. *de feud. cap.* 4. *num.* 4. Zaſius, *part.* 5. *de feud. num.* 73. Roſenthal, *cap.* 3. *concluſ.* 5. *lit.* C. Gerlacus Buxtorffius, *in Diſſertat. ad Aueam Bullam, concluſ.* 77. *lit B. &* 83. *lit. A. & concluſ* 64. *in fin.* Ac receptiſſimum in Imperio eſt, quòd Principes, aliive ſtatus, ab Abbatibus, aut aliis inferioribus feuda recognoſcunt. Paurmeiſter, *de Iurisdict. libr.* 2. *cap.* 9. *num.* 9. Indeque fortiùs jurantem ligare dicitur juramentũ ſubjectionis, quàm fidelitatis ſive Cliételare. Andreas Knichen, *de iur. territor. cap.* 3. *num.* 163. Cuiacius *libr.* 2. *feudor. tit.* 7. Cravetta, *conſil.* 517. *num.* 3. Rolandus à Valle, *conſil.* 1. *num.* 30. *vol.* 3. Conſentit Thomas Maullius, *tractat. de homag. tit.* 5. *à princip.* Hinc etiam officia & ſervitia, quæ Vaſallus Domino feudi debet, toto quaſi genere differre videntur ab iis, ad quæ ſubjectus Principi ſeu Magiſtratui eſt adſtrictus. Subditus Domino territoriali (ſeinem Landsfürſten) tàm rerum, quàm perſonæ nomine ſubjectus adparet. Eidem ille, tàm in civilibus, quàm Eccleſiaſticis rebus (ſed tamen ſecundùm juſtitiæ & æquitatis rationem) imperãdi, prohibendique jus habet. Inſuper ſubditus Magiſtratui ad onera tàm realia, quàm perſonalia eſt adſtrictus: Er iſt ihme Stewer vnd Schatzung zu riegen/ auch raiß/ fola/ frohn vnd wacht/ mit ſeiner maß zu laiſten ſchuldig Iurisdictioni ſuperioris ſui indifferenter ſubjacet ſubditus: Er iſt vor ſeinem Landesfürſten/ in allen ſachen/ recht zu nemmen vnd zu

geben verbunden. Ut hæc omnia per Discursum explicant & illustrat, Andreas Knichen, *in tractat. de superiorit. territor. præsertim cap. 3. & in Encyclopæd. Brunovici imperii & jurisdictionis passim.* ut & Caspar. Ziegler, *in Commentar. ad Aur. prax. Nicol Calvol.* §. Landtsassij, ac etiã Thomas Maullius, *in tract. de homag. ferè per tot.* E contrà vasallus, si non simul subditus existat (aut ex domicilio subjectio argui queat) Rosenthal, *cap. 5. conclus. 78.* leviùs & ad pauciora est obstrictus. Et item jurisdictio competens Domino in Vasallum, in ijs tantùm rebus fundata est, quæ ad feudi constitutionem, conservationem, aut privationem spectant. Marta, *de Iurisdict. part. 4. cent. 1. cas. 16. num. 12. & 20.* Mynsinger. *centur. 1. observat. 99* Schraderus, *de feud. part. 1. sect. 6. num. 31 & num. 109.* Rosenthal, *cap. 12. conclus. 12. num. 111. & num. 90.* Meichsner, *tom. 2. libr. 2. decis. 1.* Et hosce feudales terminos, in exercitio jurisdictionis excedere non potest. Scipio Gentilis, *de Iurisdict libr. 3. cap. 23* Paurmeister, *de Iurisdict. libr. 2. cap. 8. n. 41. & cap. 9. nu. 84.* Acacius Enenckel, *libr. 2. de privileg. milit. cap. 5. n. 17.* In reliquis verò actionibus personalibus, ex contractu, ex delicto, aliisve causarum figuris descendentibus, exulat omnis ejusdem potestas. *Clement. pastoralis, extr. de sentent. & re judic.* Pruckmannus, *consil. 16. n. 4. vol. 1.* Wesenbecius, *consil. 1. num. 87.* Curtius, *de feud. part. 7. quæst. 5.* Paurmeister, *dict cap. 8. num. 47.* Matthias Stephani, *de Iurisdict. libr. 2. part. 1, cap. 7. num. 182.* Renatus Choppinus, *libr. 1 de morib. Parisiensib. tit. 2. num. 51.* Ideoque teste Zasio, in *tract. de feud part. 7. num. 16.* secundùm consuetudinem Germaniæ, Vasallns tantùm juvat Domini utilitatem proferre, & incommoda propellere, compareque cum Paribus in jure dicundo. Hincque dicitur, in juramento fidelitatis sex tantummodò contineri, ad quæ Vasallus Domino obligatur: Incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile, *cap. 1. de form. fidelitat. cap. de forma, caus. 22. quæst. 2* Hieronymus Schurpfius, *consil. 10. num. 18. libr. 2.* quæ latissimè à Ludolpho Schradero, *tractat. feudal. part. 6. cap. 6. per tot.* explicantur: ad quos brevitatis caussâ me remitto; Cũq; ut suprà dixi, tenor investituræ etiã hoc in casu sit inspiciendus: Quæri hîc potest: si in Investiturâ talia inveniantur verba; daß der Lehenmann dem Lehenherrn gewertig vnd gehorsamb sein solle; ánne subjectionẽ importent? Et sciendũ est, illa per se, nullam subjectionem necessitare, ubi alia urgentiora non concurrunt. Henricus Brunningius, *de var. universitat. specieb. concl. 35.* Neque enim gens aliàs libera, persolam erroneam confessionem, ad fortunam deteriorem est trahenda, *l. cùm scimus. 22. C. de agricol. & censit.* Nec nuda confessio titulum suppeditare potest, quo

domini

domini caussa mutetur. Andreas Knichen, *in Epopsi, num.* 171. Verba namque reverentialia, verba honoris & curialitatis, magis adulatoria, quàm subjectoria intelliguntur. Franciscus Mantica, *libr.* 2. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 48. Parladorius, *libr.* 2. *rer. quotid. cap* 3. *num.* 4. *&* 5. Gilmannus, *tom.* 4. *part.* 1. *vers.* 3. *num.* 183. & eadem serviunt de vento, ut loquitur Boerius, *decis.* 153. *num* 37. ac etiam ad favorem loquentis sunt interpretanda. Marburgense Consilium 23. *num* 3 *vers.* 2. Et tamen experientia adtestetur, Verba, vnderthänige gehorsahme & similia, quæ in sub & inscriptionibus supplicum libellorum, & rescriptorum, inveniuntur; ad fundandam & adprobandam superioritatem sæpè adduci. Ut in caussâ Bayern/ contra Ortenburg/ Erdfurt contra Maynz &c. factum. Et etiã exindè, contra Civitatem Brunovicensem, Andreas Knichen, *in Encyclopædia, cap* 2. quasi judiciariam confessionem evincere nisus est. Sanè per tradita Gailii, *de Arrestis imperii, cap* 7. *num.* 10. &c. homagiũ tantùm, die Erbhuldigung/ aliquem ad subjectionem & obedientiam, gehorsahm/ getrew/ vnd holdt zusein/ adstringit. Juramentum verò fidelitatis, quod Vasallus beneficii ratione, Domino directo præstat, illum solùm getrew/ gewertig vnd holdt zusein/ jubet. *cap. de nov. form. fidelit. & cap.* 1. *quadr. vasall. jurar. deb. Dom.* Indeque, ut ibidem Gailius notat, in juramento fidelitatis, vocabulum subjectionis (gehorsamb zusein) omitti solet. Cautéque agit vasallus, si verbum (gehorsamb) Investituræ (veteri præsertim) inseri de novo non patiatur: illud ad vasallaticã subjectionẽ solùm, restringi curet: daß er seinem Herrn/ gewertig/ vnd sovil einem Lehenherrn ein Lehen Mann von Rechts wegen schuldig/ gehorsahm sein wölle.

III. Et hactenus de personâ; Rem ipsam feudalem quod attinet, non sanè in ea (feudali scilicèt territorio) Majestatis jura Vasallum habere dici posse autumarem. Etenim eos, qui quocunque modo aliquid supra se agnoscunt, cui parére necesse habent, à perfectâ Majestate tantum abscedunt, quantum alterius imperio tenéntur. Vasallus autem in prædio feudali superiorem Dominum habet, cui obedientiam debet. Et hinc, si vasallus vel in rem feudalem, vel subditos sæviat, & homines in Jurisdictione infeudatâ habitantes malè tractet, feudo privatur. Quippè Dominus superior contra vim, iniquitatem, & crudelitatem vasalli sui, subditos meritò tuetur ac defendit, id quod fieri publicè maximoperè interest, *arg.* §. *Sed & major, Instit. de his, qui sui, vel alien. Jur. l.* 1. §. *fin. cum l. seq. ff. dict. tit* pulchrè Rosenthal, *cap.* 10. *conclus* 33. *num.* 45 *&c.* Etenim subditi Vasallorũ, etiam aliquo modo subditi Domini superioris manent, Rosenthal,

cap. 8. *concluſ.* 10. *num.* 5. *& cap.* 19. *concluſ.* 10. *num* 10. Quin & hoc apud Doctores noſtros indubitatum eſt, quamvis Imperator, vel alius Princeps ſupremus, Nobili alicui, Civitates, villas, aut oppida regio contulerit beneficio, unà cum omnimodâ iurisdictione, meròq; & mixto imperio, in ampliſſimo territorio exercendis; Baroniámve, Marchionatum, Comitatum, Ducatum, cuicumque ac quocunque titulo, & prærogativâ conceſſerit; non ſolùm tamen fidei obligationem, clientelamque Regi debitam, ſed & eam jurisdictionem, quæ apud Regem ſumma eſt, cujúsque jure, vel provocationes, aut ſupplicationes, ad Regem, ceu ſupremum caput, & Reipublicæ patrem deferuntur, aliáque ſuperioritatis jura, nequaquam transtuliſſe, à ſéve abdicaſſe cenſeri, ut ex Molinæo, Surdo, Peregrino, & aliis probavi, *tractat. de adpellation cap.* 2. *fol.* 59.

IV. Nunc demum Reſponſum illud juris ſubjungam, quod Capitis inſcriptio promittit, non ab argumento præſenti alienum, & forſan Lectori, haud ingratum.

Demnach wir N N. vber hievor geſetzte ſpeciem facti vnſer Rechtlich bedenckhen zuerthailen/ gebührendt erſucht worden: Als haben wir ſolches in keinen weg abſchlagen ſollen/ darauff auch diſes werckh in vnſerm verſambleten Collegio reifflich deliberirt, vnd befunden/ das zwar ex parte J. C. F. deß E. zu M. G. nich ohnſcheinbahre behelff auffgebracht/ vnd dahero vermaindtlich geſchloſſen werden möchte/ daß der Fleckh S. ſovil die hohe Maleſitziſche Obrigkheit betreffen thut. J. C. F. G. (als ohne das aygenthumbs herrn) in allweg zuſtändig/ vnd ſolcher Obrigkheit ſich die Adeliche Vaſalli mitt nichten anzumaen habẽ.

Rationes Dubitandi.

Geſtaltſahme dan fürs Erſt/ diſes ſtarck urgirt/ vnd conſulirendẽ Junckhern entgegẽ geſetzt werdẽ kan, daß das Dorff S. mit dem obern St. M. gegen A. nichtallein confinirt oder gränzet / ſonder auch maiſten thails damit vmbfangen / alſo in dem M. Territorio, vnd deſſen hohen Landsfürſtlichen Obrigkheit gelegen. Derowegen darfür zuhalten ſeye / daß J. C. F. G. fundatam intentionem, quoad omnem, & præſertim ſuperiorem, ſeu altam jurisdictionem ex firmiſſimâ juris præſumptione haben/ vnd das onus probandi denen von J. E. obligen thue. Juris enim eſt manifeſti, quòd res, quoad jurisdictionem ejus eſſe præſumatur, in cujus territorio & diſtrictu ſita invenitur. Abbas, *in cap. ſi diligenti, in ſeptim notabil. de præſcript. & ibid.* Felinus, *num.* 2. Idem Abbas, Imola, & Petrus de Anchara, *in cap. nimis, de jure jur.* Oldradus,

conſil.

consil. 176. *in fin.* Natta, *consil.* 501. *num.* 31. *volum.* 1. Hieronymus de Monte, *de finib. regund. cap.* 88. *in princip.* Idem tradit Antonius Gabrielius, *post multos alios à se adductos, in communib. conclus. lib.* 1. *tit. de præsumpt. conclus.* 9. *num.* 1. & Gail, *observat.* 62. *num.* 9. *lib.* 1. Et Principis jurisdictionem existere generalem, in suóque territorio notoriam, juris item esse & de jure, eámque sibi in universos, quoad omnes jurisdictionis species vindicare; apud interpretes nostros tralatitium habetur. In dubio itidem, ejus esse jurisdictionem præsumi solet, cui locus, de cujus jurisdictione contenditur, propinquior est, *arg. l. adeò.* §. *Insula, H. de adquir. rer. domin.* §. *Insula, instit. de rer. divis.* Alexander, *in Apostil. ad Bartol. in l. si convenerit,* §. *si nuda, num.* 3. *ff. de pignorat. action.* Hieronymus de Monte, post Baldum, & alios Doctores à se allegatos, *in tractat. fin. regund. cap.* 83. *in princip. & num.* 2. & fusiùs Menochius, *de præsumptione libr.* 3. *præsumpt.* 100. *num.* 1. Hucque facit, quòd adjacentia ejusdem juris esse censeantur, cujus sunt ea, quibus adjacere conspiciuntur, *l. eum qui ædes, ff. de usucapion. l. jam hoc jure, ff. de vulgar. & pupillar. substit. l. quamvis,* C. *de impuber. & aliis substitut. cap. majores,* §. *cæterum, de Baptism. cap. translato, de constitut.*

Fürs Ander/ seindt in Casus figuratione vier vnderschidtliche Actus angezogen worden/ welche man ohne zweiffel auff seiten des Lehenhern dahin deuten würdt/ als wan J. C. F. G. entweder in possessione des meri Imperii gewest/ oder doch die von den Adelichen Vasallis angezogene possession damit streittig gemacht vnd interumpirt were worden. Maximè cùm quisque præsumatur possidere, actúmque possessorium exercere extitulo præcedente. *l.* 1. § 1. *ff. de except. rei judic. l.* 2. C. *de adquir. possess. l quadam mulier, ff. de rei vendicat.* Socinus, *consil.* 15. *col. fin. volum.* 3. Itidem cùm quasi possessio jurisdictionis, non in frequentiâ actuum consistat, Ruinus, *consil.* 122. *num.* 3. *vol.* 5. Menochius, *consil.* 402. *num.* 35. *& aliquot seqq.* unicum actum inducere quasi possessionem, & ad eam sufficere dicunt. Purpuratus, *consil.* 415. *num.* 10. *lib.* 2. Cephalus, *cons.* 681. *lib.* 5. *per Discurs.* tàm in adquirendo, quàm in retinendo, Bursatus, *consil.* 135. *num.* 27. *lib.* 3.

Zum dritten/ ist mehrmehr offenbar/ vnd ohnverneinlichen Rechtens/ daß das Merum Imperium, das Hallgericht/ Blutban/ oder die hohe Obrigkeit den Regalien zugeschriben werden solle. Cùm sub eo multa Regalia comprehendantur: & mero imperio concesso, illa quoque cõcessa intelligantur: quod multis Rosenthalius probat, *cap.* 5. *concus.* 4. Nunc autem certi juris est, Regalia non nisi expressâ concessione intelligi largita: nec hîc verba utcunque generalia multum o-

perari. Albericus, *in l. final. C. de jurisdict. omn. judic.* ubi inquit: Etiãsi Rex concedat militi castrum, cum omni jure, quod ibi habet; tamen jus Regale nunquam videtur concessisse: quem iisdem verbis sequitur Jacobinus, *in verbis, de castro rubei montu, num.* 6. & Rolandus à Valle, *consil.* 42. *num.* 7. *vol.* 2. Vnd irret nicht/ das in de Lehenbrieff der Gerichten gedacht worden. Verba namque Gerichte/item, Alle Gerichte/ etiamsi addita inveniantur verba, mit den zugehörungen/ Merum imperiũ, oder die Ober Gericht non importare, post alios disertè scribit Petrus Wesenbecius, *consil.* 8. *num.* 68. idémq; latè & nervosè deducit Andreas Kniché, *de pact. vestiturar. part.* 2. *cap.* . *per discurs.* Ac quoq; utrum Princeps concedendo alicui jurisdictionem censeatur etiam Merum & Mixtum imperium concessisse? communem, esse opinionem, contra communem, Hieronymus de Cævallos, *in specul. opin. commun. contr. commun. tom.* . *quæst.* 41. attestatur. & dum is solummodò opiniones hasce refert, & negativam ultimo loco ponit, eam approbare videtur: secundùm ea, quæ ipse *in proœmio operis, num.* 70. refert. Merum item imperium, regulariter in concessione non venire, probat latissimè Tiraquellus, *de retract. lignag. §. 36. glos. 3. num.* 12. Vasquius, *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 9. *illustr. quæst.* Didacus Perez *ad Ordinat. Reg. libr.* 3. *tit.* 1. *lib.* 1. *versic. est dubium.* Petrus à Petra, *cap.* 22. *num.* 48. *de potest. Princip.*

Rationes Decidendi.

Dessen iedoch/ vnd was sonsten mehr dergleichen fürgebracht werden köndte/ ohn angesehen/ seind wir der gäntzlichen maynung/ daß consulirenden Junckern von F. in vilgedachtem dorff S. Jurisdictio omnimoda, vnd also merum & mixtum imperium zumahl gehörig seye: Selbiger auch solche iura, tàm in petitorio, quàm in possessorio behaupten möge.

Dann Erstlich bringt der Lehenbrieff solches mit sich/ darin außtrücklich gesetzt/ daß die von F. je vnd allwegen mit dem dorff S. & ita mit S. in qualitate & conditione eines dorffs belehnet worden. At verò cõcesso Castro, aut Villâ; territorium quoque & iurisdictionem illi annexam, concessam fuisse præsumi solet. Quam conclusionem expressè tradunt Bartolus, *in l.* . § *cum urbem, num* 5. & 9. & *ibid.* Albericus de Rosate, §. *in Initiõ, num* 1. *ff. de offic. præfect.* dicentes urb. si Papa, Imperator, Princeps, Comes, vel alius, concedãt alicui Castrũ, aut villam in feudum, in quo ipsi antè habebant omnẽ jurisdictionem; quòd eandem quoque eidem concessisse videantur, *per illum textum ibidem.*

Idem

Idem Bartolus, *in l. 2. num. 1. ff. de verbor. significat.* Baldus, *in l. cum multa propè fin. C. de bon. quæ liber.* Alexander *in l. 1. colum. fin. num. 33. ff. de jurisdict. omn. judic. ubi permultos citat,* Petrus de Anchar. *latè ac notabiliter in repetit. cap. accessorium, nobis colum. 10. versic. Tertio quæro, de Regul. jur. in 6. ubi multas & validas rationes pro istâ conclusione adducit,* idemque plures alios allegans Covarruvias tenet, *pract. quæstion. cap. 1. num. 10. in 9. conclus.* ubi dicit, suâ opinione, hanc esse sententiam communem; eamque procedere, non solùm quò ad jurisdictionem, sed etiam quòd hoc modo translatum quoque censeatur imperium merum & mixtum, Regalibus exceptis.

Vnd daß consulirendem Junckern in dem Dorff S. auch die Malefitzische Obrigkheit gehörig / erscheinet ferner vnd noch klährer hierauß weil er nicht schlechtlich mit dem Dorff S. sondern zumahl mit seinen zinsen / Güllten / wasser / waydt / Gericht vnd Gerichts Recht investirt ist. Quippè communiter traditum invenitur, merum ac mixtum quoq; imperium transire, si cui Castrum, Villa, aut Oppidum cum jurisdictione fuerint concessa. Oldradus, *Consil. 252. num. 7. & seqq.* Latissimè Rolandus à Valle, *con. 42. num. 16. & seqq. mult. vol. 2.* (ubi etiam contraria diluit) Sic & Matthæus Wesenbecius, *consil. 95. num. 18. & seqq. usque ad fin. part. 2.* post Schurffium, *consil. 26. num. 2. centur. 1.* planissimè in terminis ferè terminantibus nostri casus respondet, feudo dato, his verbis vernaculis, (Mit den Gerichten) merum imperium quoque concessum intelligi: quia Gericht, sit genus, Vnder vnd Obergericht verò species, ac subjungit ibidem, hodiè maximè post editam Constantiæ pacem, verbo ac investiturâ jurisdictionis, etiam omnimodam, quæ imperium complectatur, venire: nisi cùm aliud actum fuisse adparet: ut quandò Princeps quotannis Prætorem (ut olim in Republicâ Romanâ) mittat, qui exerceat hancce speciem jurisdictionis. Communiorem pariter hanc testatur opinationem; & plurimos citat Vultejus, *cap. 5. num. 5. versf. imò verò alii etiam, pag. 86. libr. 1. feudor.* Et in dubio, si non constet, an in illo castro aut villâ jurisdictio antè fuerit exercita, & sic illi cohæserit, ante investituram? eam villæ, sivè castro cohæsisse præsumi debet. Menochius, *præsumpt. 97. num. 40. libr. 3.* Boerius, *quæst. 50. num. 11.* Et porrò etiam eo in casu, ubi jurisdictio in Castro, vel oppido in feudato, ante concessionem solita non fuerit exerceri, sed alii castro, oppido, aut Civitati fuêre subjecta, ac per illius Magistratus (nomine tamen concedentis) justitia expediebatur: nihilominus tamen si concessio facta sit cum omni vel plena jurisdictione (quibus in nostro casu æquipollere videntur, Gerichte / GerichsRecht / nichts außgenommen) merum &

mixtum imperium pariter venire, consentiunt ferè omnes: Menochius, *dict. præsumpt. 97. num. 34. libr. 3.* & non reperitur contradicens, excepto vario illo Baldo, *in cap. quanto, num. 7. de judic.* roborat idem Purpuratus, *in l. imperium num. 62 de jurisdict.* Rolandus, *consil. 42. num. 38. & seqq. volum. 2. ubi plures citat.* Menochius, *dict. num. 34.* Tiberius Decianus, *consil. 43. num. 5. vol. 3.* Ac idem dicendum esse constat, si jurisdictionis in integro Statu cõcessio fiat, ut & si cum pertinentiis omnibus ea concessio procedat. Wesenbecius, *consil. 95. ad fin. tom. 2.* Et hûc confert omninò, quòd castro cum pertinentiis omnibus concesso, omnia translata censẽtur. Decius, *consil. 517. num. 7. Gail, libr. 2. observat. 62. n. 8.* Vulteius, *dict. cap. 5. nũ. 5. versic. præsertim si castrũ, &c.* Et quod verba habentia ampliativum significatum, unà cum territorio faciant transire ad investitum omnem speciem jurisdictionis, & ita quoque imperium merum in simili quoque declarat Matthæus de Afflictis, *in cap. 1. num. 38. & seq. de Capitan. qui cur. vend.* & idem tenet Parisius, *consil. 9. num. 16. & 20. volum. 1.* Pariliter, cùm beneficia Principum latissimè sint interpretanda: exindè, si à Principe concessa jurisdictio sit, merum & mixtum imperium intelligi concessum, tenet Johannes Andreæ, *in addition. ad speculator. sub tit. de jurisdict. omn. judic. incip. vidisti duas,* quod voluit Oldradus, *consil. 252.* & ait alicubi Baldus, quod si Princeps donet simpliciter jurisdictionem castri, videatur donare omnem jurisdictionem: & sic omnes reditus caussarum, tam Civilium, quam Criminalium, idque sequitur Cardinalis, *in cap. 1. de Capitan. qui Cur. vend.* & Alexander, *consil. 35. volum. 4.*

Fürs ander/ist dises auch consulirendem Junckhern hoch vorständig/ das die vnderthonen zu mehrgemeldẽ S. berichteter massen/ weder in Civil: noch Criminal Sachen niemahls Kein andere Obrigkheit/ als die von F. agnoscirt / noch auch Keiner andern Cent: oder Malefitzischen Obrigkeit geschwohrn gewesen/ deßgleichen auff kein Cent niemahls citirt, noch auch einigen heller oder pfenning Centcosten/ wie sonst deren enden gebraüchlich vnd herkhommen/ erlegt/ oder auch ihnen abgevordert worden. Waraußer dann ohnwidertreiblich zuschliessen/ daß cosulirende Junckhern ante nuperam turbationem in quasi possessione huius speciei iurisdictionis, vnd jhre vnderthonen in possessione libertatis, immunitatisque von der C. M. Centbahrlichen Obrigkheit/ vnd was dero anhängig gewesen/ At verò in dubio possessoris, eiusq; qui ante turbationem notoriam in possessione fuit, potiores sunt partes: cùm præsentem Possessionem habens, Dominus esse præsumatur; *glos. in l. sicuti. § sed si quæratur, super verbo possessoris, in fin. & super verbo declaravi,*

in

in fin. ff. si servit. vindic. Bartolus *in l. quidam in suo, num. 4. versic. secundo casu, de condit. institut.* Lanfrancus, *de testibus. num.* 143. & Baldus, *in l. 1. num. 3. ff. famil. erciscun.* Paulus Castrensis, *consil. 4. incip. in causa mota per Casparum, num. 3. versic. tamen quia dominium, volum. 2.* Socinus senior, *consil. 112. num. 22. 23. vers. circa prima, libr. 4.* Alciatus, *Respons. 319. num. 1.* Cephalus, *consil. 63. num. 13. lib. 1.* Alexander, *consil. 10. num. 4. vol. 4.* Ac Bartolum eandem sententiam amplectentē, omnes secutos esse testatur Barbatias, *consil. 80. col. 6. post num. 7. vers. præterea est, in fin. lib. 1.* & post eum Mascardus, *de probation. conclus. 539. num. 9. volum. 1.* Est autem hæc sententia adeò vera, ut licet quis se adstrinxerit ad probationem dominii: satis tamen sit, & ipsa possessione præsenti, dominium præsumptum adprobare: & in dubio pro eo, qui ita adstruit dominium per præsumptionem, pronunciari debeat, Baldus, *in l. 1. in fin. ff. famil. erciscund.* ubi hoc pro singulari dicit esse notandum. Idem tradit Mascardus, *de probation. in dict. conclus. 539. num. 23.* ubi addit: hoc fuisse insigne pronunciatum Speculatoris, *in tit. de prim. & secund. decret. §. restat. versic. sed nunquid, post num. 7.* quibus accedit Marcus Mantica, *singular. 335. quidam adstrinxerat.*

Zum dritten/kompt dem Consulirendē Junckhern dieses insonderheit zu hülffe/idq; omnē dubitationem adimere nobis videtur, daß durch die gevolgte observantz vnd langwiriges herkommen/ obgesetzte investituren dahin erclāret vnd erlaūtert worden/ das darin so wohl merum & mixtum Imperium, als simplex jurisdictio verstanden vnd gemaint seye. In dem nämlich der Lehenherr nächstgehörter massen/ nit allein niemahlen der Cent. vnd Malefitzische Obrigkeit/ oder was selbiger anhängig/ sich angemasset/ sondern hingegen die Adeliche Vasalli signa & Actus imperii meri, wie hernach in specie gnug geführt werdē solle/ für sich zu allegirn haben. Observantia autem pòst subsecuta omnes actus & contractus præcedentes declarat, *cap. cum dilectus, Extr. de consuetud. cap. cùm venissent, extr. de institu. l. si de interpretatione, ff. de legib. l. sed & Iulianus, §. proinde, ff. ad senatus cons. Macedon.* Sicque in terminis nostris tradit Baldus, *consil. 245. incip. Villa, in 3. volum.* quod in concessione castri, aut Villæ, si dubitetur, an jurisdictio debeat venire? inspiciendum sit omninò, quid postea fuerit observatum. Nam si emptor aut Vasallus usus fuit jurisdictione, præsumitur, quòd ab initio concedentium intentio fuerit talis, ut jurisdictio veniret. Posterius quippè factum declarat prius actum. Idemque refert & sequitur Cravetta, *consil, 294. col. 16. vers. Vigesimo primo, &c.* Et hoc quoque procedere volunt, etiamsi talis observantia esset contra verum intelle-

tum verborum investituræ seu concessionis, ut tradit Socinus, *consil. 145. col. 2. in princip. in 1. volum.* Quod etiam facilè admittendum est: quia voluntas magis ostenditur per facta, quàm per verba, *l. Paulus respondit, ff. rem rat. haber. l. reprehendenda, C. de institut. & substitut. gloss. in l. de quibus in verb. factis, ff. de legib. cap. dilecti. 2. & ibi notabilis glossa, extr. de appellation.* Alexander *consil. 55. num. 12. in. 5. volum.* Barbatias, *consil. 6. col. 6. num. 10. in 1. volum.* Atque ad talem observantiam declarativam seu interpretativam Actus præcedentis, non requiritur tempus legitimum ad præscribendum, sed sufficit, aliquamdiu pòst ita fuisse observatum, Paulus de Castro, *consil. 347. quia circa col. fin. in 1. vol.* Aretinus, *consil. 11. col. 3. vers. sed tamen.* Socinus, *consil. 111. col. final. vers. sed certè, vol. 1.* Corneus, *consil. 188. col. fin. in 4. volum.* Decius, *consil. 48. colum. 2. & consil. 156. circ. fin. & consil. 441. col. penult. ad fin.* Propterea etiam in terminis infeudationis dicit Cumanus, *consil. 162. incip. visa copiâ, col. fin.* quòd ex patientiâ longi temporis præsumantur jura, quibus vasallus est usus, concessa esse, *per l. cum de in rem verso, ff. de usur. & in l. qui in aliena, ff. de adquirend. vel. omitt. heredit. & in l. penult. C. commun. dividund.* Et actus declarant, non solùm quid concessum fiet, Alciatus, *consil. 22. num. 14. &c. libr. 5.* Verùm etiam in ambiguis nulla melior fortiorvé probatio, nisi ab actibus subsecutis, sumi potest. Albanus, *consil. 262. num. 13. libr. 2.* Et ipse Andreas Knichen, *loco suprà in secunda decidendi ratione allegato,* ubi multis & quidem satis prægnantibus rationibus eorum opinionem, qui putant, sub verbo Gericht, maxumè si verba adsint ampliativa, merum imperium comprehendi, refellit: attamen tandem *numer. 88. & seqq.* in eo acquiescit, quòd huic disceptationi consuetudo, & subsequens observantia suppeditet decisionem: quodque per eam mens concedentis declaretur, limitetur & restringatur; eaque tanquam directrix concessionis, tutissimam suggerere possit decisionem; hîcque locum debeat illud habere: Exitus acta probat.

Ob gleich man auch villeichter nicht alle Actus meri imperii; sondern allein etliche à parte derē vō F. vnd das sie oder ihre vorfahrē solche zu S. exercirt/ beybringen möchten/ so laßt sich doch auß einem oder mehren actibus imperii meri ad totam speciē richtig argumentirn vnd schliessen. Dann weil J. C. F. G. in quasi possessione meri imperii (wie bey der andern decidendi ratione vermeldet) nicht gewesen/ sondern consulirende Junckhern etliche actus für sich an zuziehen haben. Als verfirn wir gäntzlich eo in casu, de quo dici communiter solet; si nemo sit in possessione, tunc ex unâ specie totum imperium merum possideri, post

inno-

Innocentium, Felinum, Decium, Speculatorem, Alexandrum, & alios, Vantius, *tractat. de nullitatib. Rubric. qualit. & quib. mod. sentent. null. reparar. poß. num.* 40. In terminis item ferè parilibus communis opinio habet; quòd usus aliquo actu unius speciei jurisdictionis, censeatur præscripsisse quoad omnes alios actus ejusdē speciei: quamvis non intelligatur præscripsisse in aliâ specie jurisdictionis. Proindè cū tres sint species jurisdictionis, videlicet, merum imperium, mixtum imperium, & jurisdictio simplex, ut omnes Doctores tradunt *in l.* 1. *& l. imperium, ff. de jurisdict. omn. judic.* Si quis usus est uno actu unius speciei, præscripsit quoad omnes alios actus ejusdem speciei jurisdictionis. Ita notanter tenet Cynus, in *l.* 1. *col. fin.* C. *de mancip. lib.* Baldus *ibid. in repet. nobis col. penult. ad fin.* & Salicetus *in fin.* Idem Baldus *in Margarita sua, in verb. jurisdictio, versic. penult.* Idem *in d. l. imperium, in* 1. *repetit. nobis colum.* 5 *& ibid. not.* Paulus de castro, *col.* 1. & latiùs Jason. *num.* 23. pulchrè Antonius de Butrio, *in cap. final. char. penult. extr. de caus. posseß. & proprietat.* Panormitanus, *in cap. cùm in tua, in* 2. *&* 3. *notab. extr. de decim.* Felinus, *in dict. cap. auditis, post num.* 20. *extr. de præscript.* Oldradus, *consil.* 172. *quia omnes, num.* 24. Romanus, *consil.* 368. *num.* 15. latè Alexander, *consil.* 68. *colum. penult. in.* 2 *volum.* Socinus, *consil.* 111. *num.* 3 *&* 4. *vol.* 1 Cravetta, *consil.* 55 *in princ.* apud quos reperiuntur & plures authoritates allegatæ. & hoc ipsum quoque sequitur, & eleganter Zasius declarat *consil* 16. *uum.* 854. *&* 58. *libr.* 2. Hæcque eadem sententia multis novissimè probatur, & argumentis in contrarium à Schurpfio adductis, sufficientissimè respondetur à Georgio Everhardi, *volum.* 2. *consil.* 34. *num.* 58. *& seqq.* loquente etiam de Nobili quodam E. M. Vasallo. & consentit etiam Surdus *consil.* 429. *num.* 45 Idemque *consil.* 323. *num.* 44. *& seqq.* post Oldradum, & alios notanter scribit, jurisdictionem esse unum totum, & ejus possessionem indistinctè acquiri, faciendo aliquos actus, animo exercendi universaliter jurisdictionem. Idque procedere tàm respectu personārum, quàm actuum qui sub eadem specie jurisdictionis comprehendi censentur. Et quòd unus actus sufficiat ad probandā quasi possessionem jurisdictionis, pariter in Camerâ receptum est, teste Tilemanno de Benignis, *syntagmat.* 4. *decad.* 1. *vol.* 1. *num.* 26. Hincque etiam dici solet, quasi possessionem jurisdictionis testibus singularibus adprobari, dum unus de hoc, alius de alio actu jurisdictionali deponit, siquidem ad eundem finem tendant, nimirùm ad probandam jurisdictionem, omnesque actus ex eodem fonte descendant. Nellius, *de testibus, num'* 133. Baldus, *in cap. licet, il.* 2. *num.* 9. *de testib.* Socinus junior, *consil.* 99, *num.* 23. *vol.* 1. Bertachinus, *in*

repertor. suo in verb. testium impugnatio. num. 58. Gabrielius, *lib.* 1. *commun. conclus.* 2. *num.* 23.

Nuhn seindt die in Casus figuratione angedeutte imperii meri signa atq; actus, so ansehenlich vnd starck / das daraus das merum imperium, vnsers beduncken / genugsam beygebracht werden mag / dann weil die Adeliche Innhaber deß dorffs S. ein gefängnuß / vnd zwar ein solche gefängnuß haben / welche ad modicam coërcitionem, jurisdictionisque civilis executionem nicht sonders dienstlich: vnd vielmehr allein zur bewahrung groser vbelthäter / oder abbüssung hoher freffendtlicher mißhädlungen gewohnlichen zu gebrauchen. Ist hierauß starck zu vermuhten / daß die / so solche gefengnuß in ihrem gewalt / selbige auch also / wie sie gemaint / vnd dahin sie adaptirt / gebrauchen mögen. Et quòd Carcer meri imperii sit, docet Baldus, *in l. si quis fugitivus*, §. *final. ff. de ædilit. edict.* Ut & Angelus *in l.* 2. *num.* 1. *ff. de in jus vocand.* & Bolognetus, *ad l. imperium, num.* 73. *ff. de jurisdict.* eamque sententiam in causâ Ingelheimb contra Pfaltz adprobatam fuisse attestatur Rulandus, *tractat. de interrogation. libr.* 2. *cap.* 16. *num.* 35. *& seq.*

So würdt ferner consulirenden Junckhers intention mächtig bestärckt / zumahl auch / was für personen / & cujus speciei jurisdictionis vigore jemanden in obangedeutter gefängnus te zu zeitten auffenthalten worden / erclähret. In dem die Adeliche Beysitzer des dorffs S. einen stock vnd halseysen daselbst gehabt / welches erst newlich der Lehenherr de facto vmbwerffen lassen. Postellum autem, columnas vel pila, meri imperii signa esse, expeditum habetur. Chassanæus, *in consuetud. Burgund. rubric, des iustices*, §. 8 *verb. le seigneur.* Nec etiam necesse esse reputatur, ut simul probetur, aliquem illis numellis fuisse applicatum, argumẽto traditorum à Mascardo, *de probation. volum.* 2. *conclus.* 947. *num.* 11. *& seqq.* ubi docet, per solam erectionem furcarum probari jurisdictionem, etiamsi per centum annos nemo fuerit in illis suspensus.

Nicht weniger seindt die vrpheden ad probandum imperium merum hoch dienstlich. Huncque actum mulctandi esse meri imperii, quamvis infimi gradus, communiter fatentur Doctores, *in d. l. imperium, per l. final. C. de mod. mulctand. l.* 1. *cum ibi notat. ff. si quis ius dicent. non obtemper. & l.* 2. *C. de sportul.* & communiter traditur *in cap.* 1. *semper verb. mulctarum, in tit. quæ sint regal. &c.*

Responsiones ad Dubitandi Rationes.

Vnd disem soll kein hinderung bringẽ / was in primâ dubitãdi ratione, ex præ-

ex præsumptione universali, quæ pro Domino regionis facit, hieoben inferirt wordē. Dañ hierauff erstlich mit grundt geantwort werdē mag/ quòd ea elidatur per has probationes fortiores, & per magis speciales, Cravetta, *de antiq. temp. part.* 4. §. *materia, n.* 21. Boerius, *decis.* 211. *n.* 17. 18. *per l. penult. de vi integr. restitut. l. sine* C. *de probation.* Cravetta, *consil.* 6. *n.* 70. *consil.* 35. *num.* 5. *consil.* 146. *num.* 7. *consil.* 145. *num.* 11. *consil.* 149. *num* 27. Secundò responderi potest, das S. (posito, non tamen cōcesso) daß es in dem M. Territorio gelegeni iedoch in keinen weg darfür zuhalten/ quòd de territorio M. existat; aliud autem haberi IN: aliud DE territorio esse, vulgò notissimum existit. Daß aber S. nicht pro eo ac si de territorio M. esset, zuhalten/ erscheinet hierauß/ weil (1) dieser fleck vor jahren dem Teutschen Orden/ qui æquè Status Imperii est, zugehört. Vnd dann (2) in Francken vnd Rheinlandten die Landtsässerey nicht vblich/ vnd der Freyen vom Adel auch Lehenbahr flecken/ nisi aliud probetur, für exempt ratione der Landtsfürstlichen Obrigkeit/ gehalten werden. Gestaltsame dann auch den bezirck der Freyen Adelichen Ritterschafft am Rhein/ vermög Kayserlicher Mayestät Rudolphi II. Privilegien/ so Simon Günther/ Anno 1609. zu Speyr trucken lassen/ sich biß gen A. erstreckt. Jngleichem irret nicht/ was in Secundâ dubitandi ratione fürgebracht worden/ Regalia, & si quæ alia eorum naturam imitantur, specialem requirere expressionem. Namque si post concessionem generalem factam, ille cui facta est concessio, sciente cōcessore, diu regalibus fuisset usus, ea quoque concessa intelliguntur; quia sequens usus concessionem præcedentem intelligitur declarâsse. Romanus, *dict. consil.* 272. *num.* 4. Cumanus, *dict. consil.* 162. Claudius de Seysellis, *rubric. qui feud. dar. poss. part.* 1. *limitat.* 3. *pag.* 110.

Der Vrsachen auch nicht hinderlich ist/ was eben bey solcher dubitandi ratione ex sententiâ aliquot præclarissimorum, Jureconsultorum adstruirt werden wollen/ sub verbo, Gericht/ werde die hohe Obrigkeit nit begriffen. dann hierauff (1) geantwortet werden mag/ daß solche Theorica juris, wie ex primâ decidendi ratione nach längs zusehen/ pluriū juris Doctorum consensu verworffen werde. Quemadmodùm etiam Michael Grassus, *libr.* 2. *opin. commun. c.* 7. *quæst.* 1. hanc ipsam divisionem examinat & inquit, licèt diversæ sint Doctorum opiniones, quibusdam existimantibus, non venire in hanc concessionem Merū & Mixtum Imperium, addit tamen: Aliis contrarium & verius asserentibus, nimirùm concessâ simpliciter jurisdictione, concessa itidē videri Merum & Mixtum Imperium, accedendum esse: dummodò non subsit aliqua ratio fortis quæ suadeat strictam jurisdictionis interpretationem, *per allegat. ibid.* Quæ sententia & juris textibus, ali-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [89] - 85

isque rationibus similiter comprobatur à Scipione Gentili, *cap.* 23. *libr.* 3. *de Iurisdict. fol. mihi* 21. & plurimos hanc tenere, infinitas allegando authoritates scripsit Vultejus, *de feud. libr.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. Ut & Gylmannus, *tom.* 2. *part.* 1. *Symphor. fol.* 22. *num.* 4. & Meichsnerus, *tom.* 3. *decis.* 33. *num.* 113. *fol.* 1027. Verba hæc: Gericht vnd Recht/ oder mit Gericht vnd Recht belehnet/ vix aliter, quàm de omnimodâ jurisdictione intelligi posse adsertant. (2) Responderi potest, nos non niti solùm verbis investituræ per se, & in thesi consideratis: sed & (ut ex tertiâ decidendi ratione adparet) conjungi observantiam secutam, exercitiumque & signum Imperii meri: sicque à posteriori declarare nos Verbum Gericht/ positum in feudalibus investituris. Id quod omnem adimere dubitationem, in prædictâ tertiâ decidendi ratione dictum fuit.

Was zum Dritten/ die Actus anbelangen thut/ seind selbige in ipsâ casus figuratione gnugsamb widerlegt/ vnd in facto soviel bescheinet/ dz darauß rechtmäßig zuschliessen/ es seyen diese actus an jhnen selbsten also nicht bewandt/ daß darauß directè daß merum Imperium zuerzwingen/ angesehen selbige all/ von solchen delictis reden/ die sich nicht zu S. sondern in dem M. Territorio, oder dessen Centbarlichen Obrigkeit zugetragen. Da dann ex notoriâ consuetudine, jureque familiaritatis die gefangene gemainiglich/ & quidem sine ullius præjudicio, in das ort geliffert werden/ da die that beschehen. Et etiam actus ac signa à parte Domini consulentis, utpotè fortiora multò, directeque concludentia, magis sunt attendenda; nec hisce, actus illi æquivoci, id est, qui ambigui sunt, & utramque in partem admittunt interpretationem, præjudicare debent. Knichen, *de jur. territor. cap. ult. num.* 256. *&c.* Addi potest, Dn. Georg. Obrechtus, *in tr. d. Iurisd. lib.* 1. *cap.* 7. hujus cõsilii materiam, eleganter tractans.

Quæstio II. Auß jetzt deducirten/ ist soviel die ander Frag anbelangen thut leichtlich zuschliessen/ Daß dieser Adeliche Vasallus entweder/ (ut semel tota causa determinetur) das petitorium vnd possessorium zumal anstellen. Potest namque petitorium & possessorium recuperandæ cumulari in eodem libello, *cap. pastoralis, ubi Doctores, extr. de caus. poss. & propriet.* post alios Parisius, *consil.* 125. *num.* 5. *volum* 1. Sic etiam cumulari potest petitorium & possessorium retinendæ, *per l. sicut* §. *Aristo, & l. si quis diuturno ff. si servit. vindic. cum simil.* (Johannes Petrus de Ferrariis, *in practic. libellor. action. confessor. vers. penult.* Oder welches villeicht rahtsamer/ *per l. is qui destinavit. ff. de rei vindic.* allein daß possessorium intendieren möge. Videri equidem posset, agere eum debere, pro recuperando imperio mero, nec non cæteris juribus con-

ribus cõnexis, quibus jam de facto spoliatus existit, possessorio, *ex cap. redintegrãda 3. quæst.* 1. quod omnibus remediis recuperãdæ possessionis pinguio & utilius est, ut ibi notant Doctores, & quoq; *in l. naturaliter, §. nihil cõmune, ff. de adquir. possess.* & latissimè Jacobus Menochio, *in 15. remed. recuper. possess. à princ.* Atq; sufficit in eo probare, quòd aliquãdo possederint ante spolium, licèt nõ probent, quòd possederint in die spolij, ut notat Panormitanus, *in cap. cùm Ecclesia Sutrina, nu. 19. & 20. ibiq; communiter DD sequuntur, extr. de caus. possess.* latè Alexander, *consil. 133. sub nu. 4. volumen 1.* Quinimò ex multorum sententiâ sufficit, antiquam possessionem unius testimonio probare, ut cumulatè Menochius allegat *remed. recuper. possess. 15. num. 410.* Neque necesse est, probari, ipsum, contra quem agitur, spoliasse: sed sufficit, quòd fecerit per suos, *gloss. & Dd. in l. 1. §. Interdictum autem ff. de vi & vi arm. & in cap. consultationibus, extr. de offic. delegat.* Nec opus est in remedio hoc aliquam probare violentiam, Socinus, *in l. rem quæ nobis num 16. ff. de adquir. possess.* Non obest etiam, quòd facto Principis sit spoliatus. Nam & à Principe spoliatus sine causæ cognitione restituendus est, Matthæus de Afflictis, *decis. 361. num. 24. & 35.* Cravetta, *consil. 140. ante num. 3.* Non refert etiam, quòd hîc de incorporalibus juribus agatur; quia etiam horum spolium committi reputatur, *l. 3. §. unde vi, junct. §. penult. ff. de vi & vi arm. cap. querelam, extr. de elect.* Maranta, *in specul. in distinct. judic 23* Qamvis spoliatio ista in rebus incorporalibus ficta esse dicatur, Baldus, *in cap. 1. §. Sacramentum*, & ibidem Matthæus de Afflictis, *in verb. si à judice, num 9. de consuetudine rect. feud.* Et quòd remedium *ex dict. cap. redintegranda* competat etiam pro jurisdictione, & juribus incorporalibus, tradit Socinus, *in l. rem quæ nobis. num. 13. ff. de adquir. possess* Ripa, *in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 101. extr. de caus. possess. & proprietat.* aliique plures, quos refert & sequitur Menochius, *dict. 15. remed. recuper. possess num. 200.* Denique non obstat, quòd hoc casu sit agendum contra Sacri Romani Imperii Principem, & quidem illius loci, cujus eâ ratione, ipso jure fundata intentio videatur, ita ut ad restitutionem non debeat compelli; nisi Actor evidenter titulum, & dominium illorum jurium probet. Etenim huic traditioni, veritas & jus cum primis feudale contrarium est, ut in terminis pulchrè latéque probat Matthæus de Afflictis, *in cap. imperialem, §. illud quoque nobis num. 34. usque ad finem* notabiliter concludens, si Dominus spoliârit vasallum re feudali, & vasallus probet, se in illius fuisse quasi possessione, licèt non probet de titulo feudi, investiturâ, sive proprietate; quòd tamen Vasallus sit restituendus. Et ibidem respondet omnibus argumentis, quæ possunt

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [91] - 87

in contrarium adduci. Eumque in hoc remissivè & expressè sequitur Menochius, *in dict. 15. remed. recuper. possess. num. 469.* Quæ conclusio tantò magis procedet, in casu nostro, in quo adesse videtur tacita investitura; scilicèt, cùm per observantiam secutam, & exercitium jurisdictionis post infeudationem pagi S. cum patientiâ Domini feudi, tacita quædam declaratio processisse videtur, quod & jurisdictionem Criminalem, seu imperium Merum, cum cæteris juribus Nobilibus ab F. concesserit in feudum.

Doch hielten wir vnsers theils das rahtsamste zusein/ wann er Junckher dem Lehenherrn kein quasi possession der Centbarlichen Obrigkeit gestünde/ (wie sonst in remedio *cap. redintegranda*, ex parte agentis beschehen muß) sondern alle widerige actus pro turbatione halten vnd anziehen/ & ita das remedium retinendæ possessionis (*uti possidetis*) anstellen/ auch sonst fleissig in obacht nemmen soll/ ob nicht enzwischen ein solcher actus sich begeben möchte/ welcher auff die Constitutionem pignorationis appliciert werden/ vnd man also rectà ad Cameram gelangen kondte. Sin verò Dominus Consulens, probationibus non diffidens, vel exceptionibus, ex facto ab adversâ parte proponendis, etiam petitorium, cum possessorio judicio cumulare velit, quod petitorium intelligimus hic actionem Confessoriam, quâ intendunt sibi tale jus esse; vel negatoriam, quâ intendunt, Adversario tale jus non esse: actiones ex communi Practicâ dantur pro quocunque incorporali jure, § *aquè, instit. de action. & ibid.* Iohannes Faber, *num. 3.* Jason, *num. 24. & 35.* & Zasius, *omninò in fin.* Opportunum erit, ut quoad hoc intentionem suam fundet, non ex uno capite solùm, sed ex duobus subordinatè; nimirùm tùm ex ipsâ investiturâ expressâ, simulq; ex tacitâ, quoad imperium & jurisdictionem, ratione observantiæ & exercitiorum secutorum. Qualitercunque autem agent, simpliciter factum narrabunt, quoad turbationes & spoliationes, verbis honestis, temperatis, & minimè acutis, ne Dominus feudi aliquâ etiam levi contumeliâ afficiatur. Quinimò veniam quoque prius à Domino suo directo petent, antequàm eum in jus vocent, quod pro cautelâ fieri, securius est: ex quo de hoc requisito Disputationes sunt inter Doctores, ut videre licet apud Zasium, *dict. num. 49.* Julium Clarum, *libr. 4. sent. §. feudum. quæst. 25.* & Rolandum à Valle, *consil. 18. num. 8. & 15. volum. 2.*

V. Oblatâ satis commodâ occasione, de Verborum quorundam Feudalium Etymis investigabo. Est enim principium eruditionis, investigatio Vocabulorum. Arianus, *in sermon. Epicteti. libr. 1. cap. 17.* Feudum, si rectè Hotomannus *cap. 1. Disputat. Feudal* observat;

servat; à nullâ Latinâ voce ἐπωνυμίαν habet; sed merè Germanicum est. Ut & Feudorum originem, Germanis attribuũt plerique. Arumæus *disputat. Feud.* 1. *thes.* 18. vid. David' Argentè: ubi de Feudis, eorumque origine, *in notis selectior. fol.* 215. *&c.* vid. Estienne Pasquier *libr.* 2. *des Recherches, cap.* 13. Heigium, *part.* 1. *quæst.* 2. *num.* 66. Verùm interim à Germanico Feuda, Fehde (id est, bellum, inimicitia, sive grandis simultas, vindicta mortis) minimè descendere autumo: inter beneficiũ enim & inimicitiã, non est rationabilis concordia; nec remedium indigitatur nomine morbi. Antiquam potius inspiciendam esse puto scripturam dictionis Feudum. Phoëdum scribit Albertus Stadensis, *fol. mihi* 148. 164. 197. & 210. Caroli III. Imperatoris Constitutio de feudis, edita à Marquardo Frehero, Fœdum vocat. In antiquo instrumento Ludovici Comitis Palatini de TuWing, de Anno M. CC. XC. dicitur jure Fœdi; quod vulgariter Mannlein (Mannlehen) nominant. Non absoni sunt, qui Feudum dicunt esse Præfecturam, Vogtthumb / βοηθεια, administratio, præfectura, auxilium (Boëti, adjutores, Lexicon Juridicum Johannis Calvini) vogt/Præfectus; olim voget/indè vogethumb/seu Fœdũ, quod & Nicolao Vigelio placet. (Et hinc Nobiles antiquitus non Domini simpliciter suorum pagorum; sed vogtsherrn / indigitabantur) Constituerant enim Longobardi in Italiâ administratores, colonos villarum, prædiorumque: ab initio ad tempus, tùm ad vitæ dies, tandem successoriâ lege. *Tit.* 1. *lib.* 1. *Feudor.* Belgis Fõden / est nutrire, fovere, alere. Lutherus, *de nominibus Germanorum, fol. mihi* 31. Ergò Feudum ein vnderhaltung: quod mihi apprimè placet. Videatur Breviarium juris Feudalis, Lugduni Batavorum editum, *Disput.* 1. *thes.* 11. Sicut & in Turciâ sunt Timariæ, annui proventus; qui Militibus, & aliis benè meritis constituuntur in villis, aliisve prædiis, & oppidorum, arciumque reditibus, sic παρὰ τῆς τιμῆς dictæ; quòd honoris ergò viris honoratis, & honore dignis concedantur. Leunclaius. *histor Musulman.* 3. *fol* 153 & *Pandect. cap* 186. Sed ánne probabilis est conjectura Fratris mei, Johannis Georgii Besoldi, *qui in Tractat. de orig. Feudor.* Feudum à Fide cum communi derivat: & quòd Feudum, non autem Fidum dicatur, indè evenisse autumat, quod Itali pro Fide, *Fede* dicunt: cumq; Galli pro fide *Foy* usurpent: indè Fœdum pro Feudo sumi quandoque putat. Vassus, Cliens; Uasallus, diminutivum: Hotomannus, *Disputat. feudal. cap.* 1. Heigius, *quæst.* 2. *num.* 76. *&c.* vom fassen. Glos. vett. Vassi, Fidejussores, id enim propius primitivo est: cùm Gesell / vel vasellu / diminutivo tantùm conveniant; ut & Gallicum *Vaslet*, seu *valet*, aut *varlet*. vide, Heigium, *quæst.* 2. *num.* 78. *part.* 1. In-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [93] - 89

dè Vasallus idem est, quod Ligius: quâ ratione Hotomannus, *cap. 7. Disput. fendal.* Ligium Feudum, nullam singularem Feudi speciem esse tradit. Sunt & qui ex eodem fonte, Bassas, Turcarum Officiarios, haurire conantur. Berens, *Disputat. feudal. 2. thes. 1. in fin.* vid. etiam Georgieuiz, *de moribus Turcorum, fol. 41.* Quid si dicamus, eos à fortitudine dici? undè iis à Dominis scribi solet, dem vesten/ vnserm lieben Getrewen/ &c. Citat & Pontanus, *libr. 6. orig. cap. 14. ad fin.* locũ ex Capitulis quorundam Episcoporum: in Comitatu *Drudorum*, atque *Vassorum*. Sunt autem *Drudi*, fideles, à Trew, quod & nobis peperit *Treugam*, id enim pro induciis usurpatur; in quibus hostis hosti fidem & securitatem spondet. Gallicè *Treves*. Dominus, Senior vocatur; undè Signor, Seigneur. vide Pasquier, 7. *des recherches. cap. 5. fol.* 969. Investitura, investire, vom västen/ Devestire, Entsetzen. Verba hæc non à veste denominari, probè conjicit Hotomannus. Ita enim lego in Chronico quodam Germanico antiquo: Dieselb Crafft/ vnnd Macht/ die Julio dem Kayser Besestnet vnd gegeben wardt/ &c, Dicitur & vestitura: semperque in veteribus glossariis, vestire explanatur per confirmare. Ac vetustum est Franco-Gallicum Verbum *Vest*, pro possessione, seu *saisine*. Pasquier. *libr. 7. cap. 54.* Alode, Allode, Allodium, proprium cujusque hominis patrimonium est; & opponitur Feudo. Veteres pro prædio, hereditate, reque mancipi sumunt. Lindenbrogius *in glossario* Merè Germanicam esse vocem, putant multi, Alloß/ alledig/ all/ dictionum, quibus adjicitur, vim auget: ut, allrecht/ allgut, &c. Wolffgangus Hunger, *in notis ad Tabulas Bovillanas*. vid. Hotomani *Lexicon feudal.* Bignonium *in not. ad formul. Marculfi, fol. 471.* David' Argentè, *notar jur. select. fol. 222. b.* Sed potius est, ut derivetur à Lot: quod Gallis sumitur pro sorte, vel etiam parte; Germanis est loß, (Saxonibus, ubi s. in t. mutatur, lott) & tropicè patrimoniũ, eines Erbtheil: ut & à Græcis κλῆρος, usurpatur tàm pro sorte, quàm hereditate. Sicque Allott/ gantz von seinem zugethailten Erb. Anlott: anerloßet/ was einem in dem loß zugefallen. Isaacus Pontanus, *Origin. Francicar. libr 6. cap. 17. fol. 514.* Pasquier. *libr. 7. cap. 2. fol. 948.* Franco-Gallis *Francalleud*, Ein ohnzinsbahr gut/ das nicht verstewet würdt. Nam & allodia communia, licet à servitio feudali, non tamẽ à censu vel tributo libera erant. Sed de hisce pluribus, ac ex professo egi, *in tractatu meo, de natura populorum, & linguarum mutatione.* Est itidẽ Feudum de Camerâ; stipendium quod annuatim vasallo Dominus solvit. vid. dict. tractatum meum, *de natur. populor. fol. 102.* De Cavena autem, sive de canevâ (ut alii legendum putant) hoc est, de cella, sive apothecâ (Gallis *cave*, cella, crypta) habetur erogatio, sive præ-

statio

ſtatio annua vini, frumenti & olei ad certum modum, ſeu annua annonæ præſtatio. Utrumque feudum autem, complectitur Uox Soldata: velut genus: *ut in Tit. quis dicat. Dux, &c. in vſib. Feudor.* Dicitur autem Soldata, quaſi autoramentum, ſive ſtipendium militare: à Barbarâ voce Soldatus, quod eſt miles. Undè rectè ibidem definitur: præſtatio quædam annua & gratuita, quæ ex neutrius parte in heredem tranſit, atque adeò utrinque eſt perſonalis. N. à Salis, *in Siciliment. fol.* 906.

CAPUT III.

De Statibus Imperii Germanico-Romani, generatim: & in ſpecie de Electoribus, Ducibus, &c.

I. Ejuſmodi Subalternorum itidem imperiorum, illuſtria nobis præbere poſſunt exempla, *Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus & liberæ in Germaniâ Reſpublicæ.* Quorũ poſſeſſores, in ſuo territorio, liberam ferè & Regiam poteſtatem habent: ita ut id, quod in abſolutis Regnis Majeſtas, hoc ferè Statibus Imperii jus territoriale, vulgò die Landtsfürſtliche Obrigkeit/ permittat. Caſparus Zieglerus, §. *Landtſaßii, conclus.* 1. *per Diſcurs.* Waremundus, *in veroſimil. de ſubſidiis, cap.* 2. *fol.* 29. *num.* 20. (ac vide de hoc Territorii jure, latiſſimè tractantes, Andream Knichen, *tractat. hâc de re ſingular. & in Encyclopædiâ.* Johannem Gæddæum, *in Conſil. ſolivago,* die herſchafft Vallendar betreffendt. Reinking, *libr.* 1. *claſſ.* 5. *cap.* 1. *& ſeqq.* Andream Petrum Wolfrum, *in Diſputat. de jurisdict. territor. quæ inſerta eſt tom.* 5. *Baſiliens. Diſputation.* Me *Tractatu de jurisdict. Imper. Roman. cap.* 16. Addi quoque poſſunt, die Apologia Einer Statt Bern/ wider deß Biſchoffs zu Baſel F. G. Item den Bericht Einer herſchafft Bern/ wegen geübter *judicatur* gegen dem herrn Graven von Newenburg. Et tamen Imperii Germanico-Romani Status, nihilominùs, Imperatori atque Imperio, etiam in aliis, quàm ad ſimplicem jurisdictionem feudalem pertinentibus, ſubſunt; & unà ſimul, Romani Imperii Rempublicam, ut etiam, dictum eſt à me, *libr. politicor.* 1. *cap.* 1. *num.* 40. conſtituere cenſentur. Et hinc rectè dici ſolet: Territorii, ſive ſuperioritatis jus, illud imperium eſſe, quod Status in territoriis ſuis particularibus exercent: æquale illi jurisdictioni, quam Imperator habet,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [95] - 91

universim. Dauth, *de testam. num.* 36. Modestinus Pistoris, *consil.* 24. *num.* 1. Wesenbecius, *consil.* 27. *num.* 29. Borcholt, *de Regalibus, num.* 60. Dn. D. Harpprechtus, *de Actionib.* §. 3. *num.* 16. *fol. mihi* 56. Thomas Michaël, *Disputat. de jurisdict. thes.* 45. *& seqq.* Joachimus Cluten, *fascic. rer. quotid. thes.* 26. *tit. a.* prolixè Reinking, *libr.* 1. *class.* 5. *cap.* 6. & videri etiam possunt, quæ docui *libr.* 1. *politicor. cap.* 4. *num. ultim.* Nempè Princeps, aliique Romano-Germanici Imperii Ordines, vigore perpetuæ sibi concessæ jurisdictionis, in subditos suos (sub fiduciâ tamen Imperii & Imperatoris) talem obtinent potestatem; quã ante concessionem, illis in territoriis habuit Imperator: vel Imperator haberet, si nulli essent Status: & quam per illam concessionem, in numerúmve Statuum adoptionem (cùm nempè facti sunt ἄρχοντες, seu Universalis Imperii participes) Statibus largitus est Cæsar. Hujus itaque vi, Imperatorem & Imperium ipsum, in territoriis suis, repræsentare dicuntur: solâ, Imperatori, Imperioque semper & ubique quæ reservata censetur, Superioritate exceptâ. Thomas Michaël, *Disputat. de jurisdict. thes.* 25. latè Andreas Knichen, *tractat. de jur. territor. cap.* 1. Cluten, *in Syllog. thes.* 26. *à princip.* Dn. D. Bocerus, *tract. de collect. cap.* 4. *num.* 5. *& seqq.* Clariss. Dn. Bachovius, *ad Treutler. volum.* 1. *Disputat.* 3. *thes.* 6. *lit. e. & g.* Quædam etenim singulariter Imperatori sunt reservata: & indigitantur die Kayserliche hocheit vnd Reservaten. Hæcque Statibus, non adscribuntur: quamvis illorum exercitium, competat quoque ex privilegio nonnullis, puta jus nobilitandi, monetas cudendi. &c.

II. Liberrimi quidem sunt Germaniæ Principes, & status; magis quàm omnes alii, qui in cæteris Regnis. Kirchnerus, 1. *de Legat. cap.* 3. *num.* 10. *&c.* Zieritz. *de Princip. prærogativ. mihi* H. 1. *&c.* Non tamen eorum potestas, ultra legitimos limites est extendenda. Etenim ex uno Imperio potentissimo, plures qui facere vellet Reges minores; dissolutionem illustrissimæ moliretur Monarchiæ. Pariter ut ii, qui absolutum omni ex parte efficere conantur ex hoc eodem Imperio Regnum, aut Dominatum; & mixtionem negantes (qui nempè non Imperio, sed Imperatori omnia tribuunt) externum appetere putantur jugum. Medium tenuêre (pacifici & ideò) Beati. Ac sanè Principes Imperii, arctissimo jurisjurandi vinculo, cùm investiuntur, sese obligare solent. Idque jusjurandum, multis Cerem oniis adjectis, tactoque libro Novi Testamenti (& quidem non in margine, sed litteris ipsis impositâ manu) gladioque qui porrigitur osculato; præstari solet: ut refert Waremundus de Erenberg, *libr.* 2. *de fœderib. cap.* 1. *nũ* 161. *fol.* 108. ubi simul refert formulam in Aulâ Imperatoris, Vasallis

Prin-

Principibus ſollemnem, inter alia, verba ita ſe habent: daß der Inveſtirte Fürſt &c. Römiſchem Kayſer vnd König/ vnd dem Reich/ trew/ holdt/ gehorſam vnd gewärtig/ auch nimmermehr wiſſendtlich in dem Raht ſein ſol noch wolle/ daichts wider der Kayſerliche Majeſtet perſohn/ Ehr/ würde/ vnd Standt gehandtlet oder fürgenommen würdt noch darein willigen oder befehlen/ in einigen weg; ſondern Kayſerlicher Majeſtet/ vnd des Reichs Ehr/ Nutz vnd frommen betrachten vnd befürdern/ nach allem ſeinem vermögen. Vnd obe er irgendts verſtünde/ daß etwas fürgenommen oder gehandtlet würde/ wider Kayſerlicher Majeſtet perſohn/ oder daß heylige Reich/ demſeben wolle er getrewlich vor ſein/ vnd Kayſerlicher Majeſtet deſſen ohnverzüglich wahrnen/ vnd ſonſten alles das thun/ das ſich einem getrewen fürſten gegen Kayſerlicher Majeſtet/ vnd dem heyligen Reich gebührt/ von recht vnd gewohnheit wegen/ ohn arge liſt vnd gefährde &c.

Et porrò quoq; à Regalium communicatione, ad Regiam & abſolutam poteſtatem, non eſſe illationem faciendam, aſſerit Paurmeiſterus, *libr. 2. de jurisdict. cap. 4. num. 69. & ſeqq.* Jacobus Bornitius, *tract. de Maieſtat. cap. 1. ad fin.* vide Nicolaum Betſium, *de pact. Illuſtr. famil. fol.* 120. Nihilominùs tamen generali Regalium conceſſione (præſertim ſi ſub qualitate Ducatus, Comitatus, alióve titulo ſimili dignitatis, territorium fuerit datum) non ſolùm Minora Regalia, in Ducatu, Principatu, & Comitatu transferuntur; ſed etiam pleraque Majora (quæ ſcilicèt territorio cohærent, & ſub ejusdem jurisdictione ſublimiori comprehenduntur) Sunt namque Germaniæ Duces, Principes, &c. perpetui Magiſtratus, & perpetuas dignitates atque dominia ab Imperatore, pro ſe, & ſuis heredibus accipiunt, in quibus reſpectu Cæſaris jus utile habent: quia in ijs Cæſarem & Imperium pro ſuperiore recognoſcunt. At reſpectu rerum & hominum ſibi ſubjectorum, directum dominium obtinent: quia quò ad ſubditos omnia poſſunt, quæ Imperator in Imperio poteſt. Undè hi in ſuis terris, magis Imperatori, quàm præſidi comparantur: ut ait Obrechtus, *in tractat. de imper. & jurisdict. libr. 2. cap. 7. per diſcurſ. & libr. 3. cap. 19. num. 20.* Et perperam ideò Dn. D Bocerus, *tract. de monet. cap. 3. num. 26. & ſeqq.* eos vetuſtis Romanorum Magiſtratibus æquiparare videtur. Tandem & hoc eſt addendum; Status ſi re ſuâ malè uti velint, etiam Imperatori & Imperio incumbere providere, ne ſubditi injuriâ afficiantur, *argum. traditorū* à Fridero Mindano, *libr. 2. cap. 13.*

III. Sunt quidem ſubditi Imperii, qui non ſunt Status; quales certè aliquæ non in Italiâ ſolùm exiſtunt Civitates, & Principes quoque ibidem nonnulli: de quibus Paurmeiſterus, *libr. 1. de jurisdict. c.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [97] - 93

4. *num.* 52. *&c. a*num. 73. *&c.* agit. sed & alibi quoque: ut infrà etiam DEO largiente vires, deducam. Hîc nunc primùm de Statibus agere placet. Status autem Imperii Germanico-Romani qui esse, & pro tali reputari velit; quasdam qualitates, seu inseparabilia potius adjuncta ut habeat, est necesse: quæ enumerat Obrechtus, *libr.* 2. *de jurisdict. cap.* 7. *num.* 9. & videri etiam potest Reinkingk. *lib.* 1. *class.* 4. *cap.* 1. Necesse namque est, ut (1) in Imperialibus diætis, stationem obtineat, atque sessionem, sententiæque gaudeat jure: nisi ex singulari privilegio hoc ei remittatur; ut de Nobilibus, suo loco dicam. (2) in Albo, seu Matriculâ, ut vocant, Imperiali, ejus nomen extare debet. Indeque solet disquiri: An illa Imperii Matricula, immediatum quem esse probet? quâ de re Clutenius consulatur, *in syllog. thes.* 27 *lit.* C. Wehnerus, *in observation. practic. de verbor. significat. verbo Matricula, & in Verbo* Standt des Reichs. Andreas Knichen, *in Epopsi.* (3) obveniente necessitate certi quid pensitare, subsidiumve militare subministrare tenetur. Gailius, *libr.* 1. *observ.* 21. *num.* 2. *& de Arrest. cap.* 6. *num.* 25. Paurmeisterus, *lib.* 1. *de jurisdict. cap.* 6. *nu.* 2. *& seqq.* Matthias Stephani, *lib.* 2. *de jurisdict. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 27. (4) ut Imperio immediatè subsit, suisque in Territoriis, omnimodam habeat jurisdictionē: & ita inibi Imperatorem repræsentet. Si qui ergo sunt Principes, Barones, &c. qui genere tantūodò tales: sed tamen aut nullos habeant Ducatus, Comitatus, &c. aut quorum territoria nō directè Imperatori, sed alterius alicujus Status jurisdictioni territoriali sint innodata; jure & titulo Statuum, minimè gaudēt. Licet in casibus quibusdam, maximè origo consideretur; & Imperialium quarundam Constitutionum beneficio fruantur, qui originis ratione Status sunt; quamvis fortè nulla bona habeant Imperio immediatè subjecta. Compilator præjudiciorum Imperialium, §. *Status Imperii.* Non ita consequentia est justa, si quis ita velit argutari: Comes vel Baro est. Ergo Statibus Imperii accensetur: cùm possit alterius Principis subditus esse. Vicissim si Nobilis verbi gratiâ, possideat Baroniam; ille quidem personali dignitate haud ideo gaudet; nisi expresè ad eam evehatur: sed tamen nominari, citari, collectarique solet, uti possessor, als inhaber der herrschafft. Rosenthalius, *cap.* 9. *concl.* 55. *num.* 5. At an territorium faciat Ducē, Comitem, Baronem, &c. Ac è contrà, an maneat Imperii Status, qui territorium amisit? consule Matthiam Stephani, *tract. de Nobilit. cap.* 5. *sub num.* 31. Casparum Zieglerum, §. *Austregæ, conclus.* 1. *num.* 41. *&c.* Vide etiam me, *libr.* 1. *politicor. cap.* 4. *num.* 10. *vers.* 1. Eóque nomine de Tubingensibus Comitibus Palatinis, quod & referunt Imperii Recessus, dubita-

bitatum fuit, An gaudeant adhuc Statuum jure? Ac tandé Status qui sunt immediati, non se alteri subijcere queunt. Vide Dissertationé elegantem Zachariæ Vietoris, de Exemptione, Disputationibus Basileensibus insertam, & etiam Bertram apud Arumæum, *volum. 1. Discurs. 9. thes. 39. fol. mihi. 136.*

IV. Status Imperii Romani, Comitialium conventuum ratione, in tria Consilia dividuntur: In Consilium Electorum, Consiliũ Principum, & Consilium Civitatum. Electores, Principales sunt Imperij columnæ; plurimorumque necessitatibus relevandis Cæsareæ sublimitati sic assistunt, ut in partem solicitudinis constituti reperiãtur: latè eleganter Dn. Clutenius, *in fascicul. rer. quotid. thes.* 24. & addi potest Magnificus Christophorus GeWoldus, ac Reverendus Johannes Paulus Windeck, *tract. de Electorib. singular.* Reinkingk, *libr. 1 class. 4. cap. 3. & seqq.* Porrò quamvis propriè Imperatori Romanorum, Principis competat nomen: *l. 1. ff. de constitution. Princip. § sed & quod Principi, Instit. de jur. natur. gent. & civil.* attamen tandem eò est deventum, ut majorem Regalem dignitatem habentes, generaliter Principes vocitentur, Paschalius, *de coron. libr. 9. cap. 22. & 23.* Paurmeisterus, *libr. 2. de Iurisdict. cap. 9. à princip. & num. 6. &c.* Reinkingk *libr. 1. class. 4. cap. 8.* Indè rursus alius titulo Electoris, alius Archiducis, Ducis, alius Eines Pfaltzgraffen/ Marggraffen/ Landtgraffen/ Burggraffen/ &c. insignitur. Quibus Comites & Barones accedunt. latè Joachimus Clutenius, *in fascicul. rer. quotid. thes. 26.* Petrus Fritzius, *Disputat. de Nobilit. apud Arum. de jur. public. fol. 411. concluss. 18.* Scipio Gentilis, *libr. 3. de Iurisdict. cap. 23.* Hæcque omnia, olim Officiorum, nunc Dignitatum perpetuarum, ac (exceptis Ecclesiasticis) ad heredes transitoriarum nomina sunt: quâ verò occasione, quoque tempore, ea hereditaria sint facta, disquirit, & latissimè explicat Andreas Knichen, *de territor. jur. cap 1.* Christophorus Lehemañ *in Chronic. Spirens. libr. 4. cap. 1.* Antonius Colerus, *Dissertat. de Imper. Roman. thes. 58.*

V. Præterea, quemadmodùm in Collegio Electorali; ita & inter alios Status, cùm Ecclesiastici, tùm Seculares recensentur. Sunt qui dicant, Ludovicum Pium Imperatorem, Archiantistites & Præsules Principes Imperii fecisse: quod alii Othoni Magno adscribunt. Zieritz (apud Arumæum, *volum. 2 Discurs. 35. fol. 1054.*) adde Davidem Chytræum, *in Chronic. Saxon. libr. 1. fol. mihi 51.* Reinkingk, *libr. 1. class. 4. cap. 9.* Quidam etiam præter Regalia ea, quæ ratione Episcopatus, tanquàm Principes habent; peculiares quoque titulos Principatuum, Comitatuumq; Secularium usurpant. Sicque Colonienses, Westpha-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [99] - 95

liæ & Angariæ, Herbipolensis, Franconiæ Dux, Argentinensis, Alsatiæ Landtgravius vocatur. Occasio autem amplissimæ hujus concessionis, veterum Imperatorum devotio fuit; qui tunc demùm omnia rectè processura credebant, si Antistites Religionis, suis consiliis præsentes haberent. Carolum verò IV. quatuor opulentiores Abbates, Principum titulo decorâsse, Dn. Martinus Crusius, Præceptor olim meus, *Annal. Suevicor. part. 3. libr. 5. fol. 264.* refert. Et hodiè verbum *Prælatorum*, in Ordinatione Cameræ Imperialis, intelligitur de iis, qui Regalia & Feuda ab Imperio habent; non de aliis Ecclesiasticis Prælatis. Rudingerus, *singular. observat. centur. 4. observat. 12.*

VI. Duces, à ducendo exercitu sunt dicti: Germanis Hertzogen quasi Herrn deß Zugs. Et hîcilli Ducis attribuitur nomen, qui de Ducatu à Principe supremo investitus est: aut cui Princeps, Regionem, quæ Ducatus nomine veniebat, concessit. Reinkingk, *libr. 1. class. 4. cap. 12.* Et ita nunc Ducum nomen, certum & sublimiorē Nobilitatis denotat gradum. Nec tamen antè Diocletianum, vel Constantinum, specialis alicujus dignitatis nomen fuisse videtur; primusq; Ammianus Marcellinus, Ducis Mesopotamiæ, Phœnicis, Mœsiæ, limitis per Arabiam, mentionem facit. Apud Francos posteà, Dux supra Comites erat: & tùm dici solebat, Ducem quatuor, aut etiam duodecim Comites sub se habere debere: fuitque ferè post Regem dignitas prima, & indè dicebatur Ducatus primatus. Claude Fauchet, *libr. de origin. des dignitez cap. 2.* Isaacus Pontanus, *libr. 6. origin. Francicar. cap. 13.* Christophorus Lehemann/ *libr. 2.* der Speyrischen Chronick/ *cap. 16.* Heigius, *libr. 1. quæst. 2.* Pasquier, *lib. 2. des Recherches, cap. 11.* Facit huc Walafridus Strabo, qui claruit dominante familiâ secundâ Franciæ Regum: & qui *in libr. de reb. Ecclesiast. cap 13.* Seculi & Ecclesiæ dignitates, inter se conferens; Comites Episcopis, Duces Metropolitanis assimilat. Archiepiscopos, inquit, qui ipsis Metropolitanis præeminent, Regibus conferamus, Metropolitanos Ducibus comparemus, qui sicuti Duces singularum sunt Provinciarum, ita & illi in singulis provinciis singuli ponuntur. Quod Comites & Præfecti in Seculo, hoc Episcopi in Ecclesiâ explent. Sed etsi olim, summa hæc, & à Regibus quasi proxima dignitas fuerit: non tamen ut hodiè, perpetua & propria, sed temporaria tum erat. Sanè ad certum tempus constitutos Duces, passim ex Gregorij Turonensis testimonijs colligere est: præsertim *libr. 4. cap. 36.* Lehemann/ *dict. cap. 16.* Indè etiam frequenter apud eundem Turonensem hæc verba leguntur: Exduce, Expræfecto, Excomite, Exvicario. Hincque Eckhar-

dus,

dus junior *de caſibus Monaſterii Sancti Galli, cap.* 1. ſcribit: Nondum adhuc illo tempore, Suevia in Ducatum erat redacta: ſed fiſco regio peculiariter parebat, ſicut hodiè eſt Francia. Procurabant ambas Cameræ, quos ſic vocabant nuncij. Franciam tùm Werinher, Sueviam autem Berthold & Erchinger fratres: quorum utrorumque ditioni, multa ſubtracta ſunt per munificentias regias in utroſq; Epiſcopos, Hattonem Moguntinum, & Salomonem Conſtantienſem. Nunc autem Ducis, perpetua eſt dignitas, tranſitque ad heredem. Et ſunt Imperij quidem Romani quatuor Principales, BrunſWicenſis, Bavariæ, Sueviæ, & Lotharingiæ. Duces porrò Majores alios, alios Minores, Carolus Paſchalius, *in opere Coron. libr.* 9. *cap.* 22. *& ſeq.* facit: eorũque coronas deſcribit; quòd ſcilicèt utriſque lamina aurea, quæ caput ambit, pretioſis quoque lapillis diſtinguatur. Ex hac lamina exeant flores, & folia, ſuaque ſerie laminam inumbrantia. Hocque effigiatu querceam, hoc eſt, civicam coronam repræſentari. Et hàc fronde, Auguſtus in Numiſmatibus aſpicitur evinctus; eſtq; veriſſimum ſymbolum ſalutis & publicæ ſecuritatis, quæ majoribus Ducibus ſicuti Regibus credita eſt. Et tandem idem Paſchalius addit: quòd Duces lamina coronariâ inſigniuntur foliis inumbratâ, in hoc quodammodò ſimiles Regibus ſunt. At quòd ea corona è ſuperiori parte tota patet, cùm Regum coronæ ſint clauſæ, docemur ipſos eſſe infra Regiam Dignitatem.

VII. Archiducis nomine ac dignitate, ad heredes tranſitoriâ; à Rudolpho I. Imperatore, filium Albertum Imperii Vicarium, primùm inſignitum fuiſſe ajunt multi: Paurmeiſterus, *libr.* 2. *de jurisdict. cap.* 9. *ſub num.* 3. Quamvis etiam Witekindus Saxoniæ Rex, à Carolo Magno victus, hunc titulum poſtea uſurparit: ac etiam conſtet, Fridericum II. Imperatorem Auſtriæ è Babembergicâ familiâ Ducem poſtremum, itidem Fridericum adpellatum, Auſtriæ primùm Regem, pòſt oppugnatum & proſcriptum, Archiducis titulo cohoneſtaſſe: poſt Petrum de Vineis, & Cuſpinianum Pontus Heuterus, *Genealog. Auſtriac. cap.* 22. Hocque titulo nunc ſoli Auſtriaci utuntur: ac licèt non defuerint Duces, qui Archiduces nominari voluerunt, id tamen apud Imperatores impetrare nequiverunt. Reinkingk, *libr.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 10.

CAPUT IV.

De Comitibus & Baronibus Imperij Romano-Germanici, Diſſertatio ſingularis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [101] - 97

PRimus, ut puto, Comitum originem, officium & dignitatem, à Germanis promanasse; Udalricus Zasius, vir nunquàm sine laude loquendus, divinavit: quem & sequitur Amplissimus Rutger. Rulandus, *tr. d. Commissar. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *sub num.* 26. acidem hoc pluribus nuper Philipp. Cluverius firmavit, in doctissimo illo opere quod Germaniam antiquam indigitavit. *libr.* 1. *cap.* 48. Stabilendæ sententiæ suæ, omnes unâ illum Taciti locum, *lib. d morib. & popul. Germanorum*, adducunt, ubi is ita scribit: Eliguntur in iisdem consiliis & Principes, qui jura per pagos, vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe Comites, consilium simul & auctoritas adsunt. *Et paulò post.* Gradus quinetiam & ipse Comitatus habet, judicio ejus quem sectantur. Magnaque & Comitum æmulatio, quibus primus apud Principem suum locus: & Principum, cui plurimi & acerrimi Comites. *Ibidem.* Cùm ventum in aciem, turpe Principi, virtute vinci; turpe comitatui, virtutem Principis non adæquare. Iterùm: Principes pro victoriâ pugnant, Comites pro Principe. Ex hisce nempè Taciti verbis, à Germanorum consuetudine, Comitum titulos, ad Romanos & Italos fuisse devolutos, probare conantur. Et etiam Germanicum Grave, Comitem multa ante secula sonuisse, disertis verbis Paulus Diaconus docet, *libr.* 5. *cap.* 36. cum inquit: Hic, dum esset in Tridentinâ Civitate, cum *Comite* Bajoariorum, quem illi *Gravionem* dicunt, qui Bauzanum & reliqua Castella regebat, conflixit, eumque mirificè superavit. &c. Add. Friderici Lindenbrog. *Glossariũ, subnexum Codici Legum antiquar. in verb. Comes.* item Hieron. Bignoniũ, *in not ad veter formul fol.* 594. Sed verò cũ mẽtio Comitum creberrima, in Constitutionibus Imperatorũ, aliisq; passim scriptoribus celebretur, antequã Gothi & Longobardi, aliæq; Germanicæ nationes ista in loca, sese examine ingenti effudissent; nec etiam verisimile videatur, Romanos Imperatores ad normam Barbaricæ gentis, Aulam suam instituisse: credere sanè non debemus, Comites Romanorum, à Comitibus Germanorum; sed hosce potiùs ab illis, nactos fuisse originem atque occasionem. Quod & perplacet Christophoro Colero, *in Parerg. cap.* 27. ab eodemque aliis adhuc rationibus roboratur.

Camdenus, *in Britanniâ, tit. Ordines Anglia, fol. mihi* 102. Claude Fauchet. 2. *cap.* 4. des origines des dig-

2. A comitando, Comitum Latina notatio est: nec etiam alii initiò apud Romanos ità nominabantur, quàm qui Principem sectarentur, ejusque lateri adhærerent: pariter ut Comites Provincialium Magistratuum dicti fuerunt, qui eos tanquàm negotiorum publicorum adjutores, sequebantur; quales erant Quæstores, Legati, Accensi, Scribæ, ut & Jureconsulti, quos nempè suo electos arbitratu, secum ducebant Magistratus. Et sic de Comitibus Principum, Spartianus

in Hadria-

in Hadriano: Cùm judicaret, inquit, in consilio habuit non amicos suos & Comites solùm; sed Jureconsultos, & præcipuè Julium Celsum, Salvium Julianum, &c. Romani nempé Principes, varii generis administros, cùm Equestris ordinis & Militaris, tum Togatos & Jurisperitos, à consiliis secum habuerunt: omnes vulgatissimè Comites nominatos, & in comitatu Principis versantes. Eosque tanto numero plerunque, ut ipsâ Principis residentia sive Aula, Comitatus, aut Sacer etiam Comitatus cœperit appellari Posteà ex horum numero adsumebantur, qui ad provincias regendas mitterentur: & Comites quidem illi, non tàm Principis (à quo aberant) sed Provinciæ dicebantur, quam ipsi cum Comitivâ dignitate gubernabant. Sic jam sub Arcadio & Honorio, Comitem Africæ, Comitem Tingitaniæ, tractus Argentoratensis, Britanniarum, littoris Saxonici per Britannias, Notitia Imperii suggerit. *fol. m.* 116. *b.* Panciroll. *in comment. cap.* 70. *& seqq.* Insignis quoque ad hanc rem est Zosimi locus, *lib.* 5. ubi inquit: Is verò Comitem Orientis fecit, cujus Magistratus ea potestas est, ut qui eum gerit, omnibus Provincias Orientis administrantibus præsit, & corrigat etiam, quæcunque non uti par est aguntur. Quin imò, omnis Præfectura honestior, etiã Justiniani temporibus, Comitiva dicebatur: & adeò quilibet Præfectus, Comes appellari cœpit. Ita ut denominatio Præfecti atque Procuratoris, in Comitis mutata nomen, omnibusque Magistratibus tributa; ac deindè ad omnes negotio alicui præpositos fuerit porrecta. Hinc passim occurrit mentio Comitis Sacrarum Largitionum (cui commissi fuerunt Imperatoris thesauri) Comitis rerũ privatarum, Comitis patrimonii Sacri. Hincque Comites equitum domesticorum: Comites Consistoriani, Scholarum, rei militaris, stabuli Sacri, regiique Equilis, &c. Comes Scutariorum, Comes qui familiæ, qui custodiæ Principis præsidebat, &c. Unde & Eustathius alicubi: Nunc quoque triremis præfectum, qui sc. totius remigii curam gerit, Comitem vocari, ait. Et apud Cassiodorum, *var. lib.* 6. *epist.* 19. habetur formula Comitis Archiatrorum. Etenim quos Principes Romani euntes in bellum, aut Imperii ditionem perlustrantes, in comitatum adsciscebant, eosdẽ in consortium principalium curarum adsumpsisse censebantur: iique talibus plurimùm ministeriis adhibebantur, quibus maxuma quæq; consummantur; denique istis propemodum ut oculis, brachiis, manibus, utebantur. Comitum porrò alii in ordine primo, alii in secundo, alii etiam in tertio collocati fuêre. Indè & comitiva primi, secundi, tertii ordinis; inter primas & eximias dignitates, atque officia erat: sicque apud Cassiodorum. 2. *variar. cap.* 28, Comitivam primi ordinis digni-

& idem tit. 2. des antiquid. libr. 6. cap. 15. Marquard. Freher. orig Palat. *cap. 1. à princ. & cap. seq. à pr.* Carol. Paschalius Coronar. *lib. 9. cap. 23* Francisc. Guilliman. Habspurgiac. *l. 2. c. 2.* Isaac Pontanus Orig. Francicar. *l. 6. c. 14.* Paurmeist. 2. *de Iurisdict. cap. 11. ab init.* Dn D. Lansius, *de Academ. fol.* 65. Beindorfius, *apud Arumæ. tom* 3. *Discurs.* 12. *à princ.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [103] - 99

tatem, pro militiæ laboribus strenuè perlatis, confert Rex Theodoricus. addatur idem Cassiodor. *6. var epist. 12. & seq.* Videri etiam potest Vegetius, *2. de re Milit. cap. 9.* ubi scribit: proprius Judex erat Præfectus Legionis, habens comitivam primi ordinis dignitatem; qui absente Legato, tanquàm Vicarius ipsius, potestatem maxumam retinebat, &c.

3. At nunc propiùs ad Germanicos Comites, sivè Graviones accedam; quorum etymon haut cuiquàm facilè erit invenire: & sanè Isaac. Pontanus, *Orig. lib. 6. cap. 14.* Virum æstimat eum, Germanicæ hujus vocis, veram & certam qui dederit notationẽ. Planè autem mihi persuasum est, nomen id à nostro Graven (cui & Græca consonant γραῦς, γέρων, γεραίρομαι, &c provenire: ut ita Graven/ sint quasi cani, seniores, seu Senatores; hoc est, præcipui, optimates. (Nam & Romæ qui olim Patres ac Senatores, pòst comites dicti fuerunt) Et ita etiam apud Christianos, Presbyteri seu Seniores specialiter olim adpellabantur, qui Ecclesiæ præerant; quorum alii politiam Ecclesiasticam administrabant, aliis interdùm doctrinæ verbi cura incumbebat. Et certè πρεσβύτερον frequentissimè apud Græcos, ut & apud Latinos, antiquum: non annorum semper multitudinem importat; sed pro potiori, aut pretiosiori sumitur quandoque: quòd Lexicographi docent. Sic & πρέσβυς, denotat Legatum; eò quòd officium hoc, senili prudentiâ præditos requirat. Absonum ergò videtur, à fossis (quæ nobis Graben/ à Belgis Graven indigitantur) elicere etymon vocabuli hujus: quasi limitibus præpositi Comites sient; licet id Heigio arrideat. *1. quæst. 2.* Et adhûc vani magis esse videntur, qui à Latino gravis; aut Gallico *homme grave* (qualiter ob virtutem & animi præstantiam, viros quosdam adpellitare solemus) derivationem emendicant: quod tamen facit ingeniosissimus Lycklama, *5. membran. eclog. 9.* Nec etiam Adriano Scriekio accedere queo, qui *in Indice 2. Originib. Celtic. suffixo,* ait Grave Graeff/ quasi Gaer-haeff/ Celtis esse tributorum exactorem, perceptorem collectarum. Quamvis etenim Grafio, pro exactore, & judice fiscali quandoque accipiatur: Lindenbrog. *in Glossar. Codici Legum antiquar. subnexo: verb. Graphio,* adde Eulenger, *libr. d. Vectigalib. cap. 55. ad fin. & ibid. in Analect.* id tamen munus, haut præcipuè Comitibus seu Grafionibus incumbebat; ut jã mox deducam.

Stũpff. *l. 4.* der Schweitzer Chronick. *c. 20. fol* 299. Willichius ad Tacitum de German. *cap. 19.* vid. omnino Reinecc. *in Commentar. ad Anonym. Poët. de gest. Carol. Magn. fol. 61. &c.*

4. Ergò, quod attinet rem ipsam, sanè apud Francos, cæterosque Germanos, vox Comitis in genere Judicem denotabat: quo eodem etiam in significatu, accipitur in cap. *1. si de investit. inter Domin. & vasall. lis oriatur. in usib. Feudor.* Quin imò, & adhuc in quibusdã Ger-

Münster *Cosm. 3. c. 20. Est Pasquier des Recherch. c. 12. à pr.*

maniæ

mraniæ locis, Graff/ aut Gräve Judicem signat: ac ita nunc hodiè in Colonia Agrippinâ, Gräven vnnd Schöffen, pro Judice & Assessoribus usurpant. Et generaliter, ex veteri Saxonica dialecto, Grave/ nil aliud est, quàm Judex. Et inde Graffengeding/ idem est quod Ein gehegt/ oder bedingtes Gericht. Sachsenspiegel/ *lib. 3. art. 61.* Ideoque Ting, forum Judiciale Germanis olim, & hodiè etiam Danis notat: & Tungini, quorum etiam Salicæ leges referunt mentionem, Judices quõdam vocabantur, qui post Comites erant; Lindenbrog. *in Glossar. verb. Tunginus.* quos etiam Omggraffen/appellabant. Et porro etiam à ding/ pro judicio sumpto venit Dingestag (quibusdam perperàm Zienstag) dies Martis, quo judicia exercebantur. Freherus, *de judic. occult. fol. 3.*

Reineccius von des Adels herkommen *fol. m 147. &c.* Christoph. Lehman *lib 2. cap. 17.* Isac. Pont. *Orig. 6. c. 14.* Guilliman. *Habsburg. 2. c. 2. fol. 37. & seq.* Hieron. Bignonius. *in notis ad formulas Marculfi. l. 1. fol 458. &c.* Knichen. *d. Superior. 4. num. 85. &c* Lindenbrog *in Glossar. verb. Graphio.* Kyriander, *in Annalib. Trevetor. part. 7. &* 13. Ant. Coler. *d. Iure Imp. Germ. sect. 57.*

5. Constat sanè, jam sub Imperio Francorum, Comites non in singulas provincias solùm, sed & in Civitates fuisse ablegatos; hincque territorium & districtus cui præficiebantur, Comitatus dici cœpit: & Regnum universum, in certos pagos (Gauw) sivè comitatus (Graveschafften) qui etiam Grafiæ ex eo vocabantur, divisum fuit. vid. Hieronym. Bignon. *in notat. ad libr. 1. formul. Marculfi. fol. 518. & sequent. & libr. 2. fol. 594.* Johannes Textor, In der Nassawischen Chronick. *fol. mihi 16. & sequent.* Lehemann. *libr. 2 cap. 18. fol. 89. col. 1 & libr. eodem cap. 44. fol. 186 col. 2.* Grafschafft ist nichts anders dãn ein Jurisdiction, oder ein Gegend vnnd Weichbild/ welche vor Alters den Graffen durch die Käyser verlihen worden/ auff das sie an ihr Statt daselbst Gerichtszwang hielten/vnnd iedermann richteten/ dieweil man den Kayser nicht vmb alle Sachen hatt mögen besuchen: ut alicubi hanc rem jus Saxonicum definit. Ac ita Comites censebantur; Regis, Regniq; officiales, Judicesq; provinciales: quod & innuit Glossa Latino-Theotisc. *Præses. Gravo.* Et hoc quoque ex aliis Heigius, *part. 1. quæst. 2. numer. 38.* notat: Caroli Magni circiter ætatem, Duces fuisse dictos, quibus Comites duodecim subjecti erant (quod tamen haut perpetuum fuisse, Knichen probat. *d. Superiorit. cap. 1. n. 38. &c. & Encyclopæd. cap. 1. num. 18. &c.*) Nempè Comites Justitiæ, Duces sive Hertzogen, militiæ præfecti fuerunt. *vid. omnin. Bignonium, in not. ad libr. 1. formular. Marculfi. fol. 461. & seq.* Eginartus in Vitâ Caroli, conjunxit Præfectos Provinciarum, Comites & Legatos. Præfectos Reineccius, *in not. ad anonym. Poët. de vitâ Carol. Magn. fol. 61.* autumat & definit Duces, qui provincias administrabant. Comites Ducibus paruisse, & tàm iisdem, quàm Episcopis adjunctos fuisse ait. Legatos denique non discernit à Missis. Quamvis verò, & Comitum esset munus, tributa curare (*quod monui suprà numer. 3. adfin.*) atque item

item Nobiles, liberosque cives colligere sub signa, & adjungere exercitui Regis. (Ita Ludovicus Pius, in constitutione quadam, quæ est apud Goldastum *tom* 2. *fol.* 9. sancit: ut liberi homines cum Comite suo in exercitum pergant, & in marchâ juxta rationabilem Comitis ordinationem atque admonitionem, explorationes & excubias facere non negligant, &c. de eorum tamen officio præcipuo, Ansegisus *libr.* 4. *Legum Francicar. cap.* 93. sub Ludovico & Lothario Impp. sequentia scribit: Comites pleniter justitiam diligant, & juxta vires eorum expleant, & justitiæ sanctæ Dei Ecclesiæ vigilanti curâ insistant: orphanorum, viduarum, pauperum, & omnium qui in eorum ministerio permanent, & de causâ quæcunq; ad eos venerit querela, plenissimâ & justissimâ deliberatione definire decernant; & sicut rectũ & justum est, ita agãt. Insuper, quòd Comites apud Francos Judices fuerint, qui ordinariè Jus dicebant, provinciasque gubernabant, Gregorius quoque Turonensis docet, cùm de S. Nicetio ita ait: Vidi ego quodam tempore Basilium presbyterum, missum ab eo ad Armentarium Comitem, qui Lugdunensem urbem, his diebus potestate judiciarià gubernabat. *Idem* de Beato Gregorio Episcopo: In comitatu positus, regionem illam per XL. annos, justitiâ comitante correxit. Et iterum ille: *lib.* 6. *cap* 22. Rex Chilpericus pervasis Civitatibus fratris sui, novos Comites ordinat, & cuncta jubet sibi urbium tributa deferri. Idem sæpè etiam, Judices non Comites vocat. Sicque *lib.* 7. *cap.* 42. seipsum interpretatur: Posthâc edictum *à Iudicibus* datum est, ut qui in hac expeditione tardi fuerant, damnarentur; Biturigum quoque *Comes* pueros suos misit. Sic & Ripuariæ sanciunt Leges, *cap.* 53. Si quis *Iudicem* fiscalem, quem *Comitem* vocant, interfecerit, DC. solidis mulctetur. Ac ibidem, *cap.* 51. ut & in lege Salicâ *tit.* 51. agitur de eo, qui Grafionem ad res alienas injustè tollendas invitat; isque idem postea nominatur Judex Fiscalis: non quòd fiscales solùm deciderit causlas (*ut jam suprà h. n. dixi*) ut olim Cæsaris Procurator; *L.* 1. *C. d. Iurisdict. l.* 2. *Cod si advers. Fisc.* (id enim modò dict. cap. Ripuariæ Legis, satis refutat) sed Fiscalis, idem est ac si publicus diceretur.

6. In Comitibus autem instituendis, Francos, (aliasque Germanicas gentes) ut & in aliis plurimis, Romanorum instituta sequutos fuisse, probabile est. *vid. suprà. nu.* 1. Plerunq; etenim Germanicæ gentes, Latinis provinciis potitæ, æmulatione Romani splendoris; priscam etiam regiminis formam, Aulæ dignitatumque pompam retinere studuerunt: quasi aut majoribus titulis honestari, aut illam Reipublicæ formam, in melius producere pon possent. Freher. *Origin.* 1. *fol.* 2. *& seq.* Et in specie, Cassiodorus, *lib.* 6. *var. epist.* 22. *& seqq.*

Comi-

Comitivæ Syracusanæ civitatis, Neapolitanæque formulas scripsit; quarum si munia cum Francis conferantur, eadem prorsus adparebunt: ille enim Judices eos vocat, & civilia negotia eos examinare, itidemque eos exercitum habere dicit. Ac recte Suidas, Comitis definit vocem; dum Populi Magistratum, vel Principem vocat: Κόμης ὁ λαῶ ἄρχων. Quæ omnia, Comitis quoque apud veteres Francos officia indicare, constat. Imò Franciſc. Guilimānus, *Habſpurg. lib. 2. cap. 2. fol. 38.* notanter scribit: Post Burgundionum in Helvetiam excursiones, qui priùs apud Romanos, iisque imperantibus fuerāt Comites urbium, provinciarum, & regionum; apud eos eâdem fermè omnes in dignitate & administratione positos permansisse. Undè porrò obtinuisse ait, ut ubi Romanorum præsidia, hyberna, castra, majorque frequentia erat; Comites pariter, multâ apud posteros celebritate ac potentiâ essent, atque superessent: quod complusculis exemplis ex Helvetiâ petitis, probat. Pariliter in Angliâ (æmula morum Franco-Gallianorum) tàm antè quàm post Conquestorem Wilhelmum Normannum, Comites seu *Graviones, Iustitiarii* vocabantur; hisq; cùm ad privata, tùm publica judicia, suis fuêre in Comitatibus fora. Ad privata; singulo quoque mense conventus celebrabatur: quilibet Gravius, quartâ quâque septimanâ frequentem populum convèniebat, cuique jus æquabile dicebat; litesque singulas, ad diem condictum dirimebat. Hosque Comites Angli, suâ olim linguâ *Ealdorman*, (seniores, canos, Alderman/ quasi Alte Man/ Grauwe Man) vocitarunt. *Eorlas*, Dani vocāt: & hodiè Angli molliori voce *Earlas*. vide Camdenum, *in Britanniâ, tit, ordines Angliæ, fol. mihi* 103. Et nunc adhuc Anglia, in certos dividitur Comitatus, seu Præfecturas: inibique Comes, nil aliud est, quàm judex. Hentznerus, *in itinerar. fol.* 154.

Claude Fauchet. *libr. 2. cap. 4. des origin. des dignit.* Joh. Selden. *in Iani Anglorum facie altera. lib. 2 fol. 129. &c.*

7. Sed Gravionum haut uniformis potestas nomenq; fuit. Sicque Gehe: oder Gograff/ is dicebatur, qui sine causſæ cognitione judicabat: Welcher gehe/ oder handhafftige That richte möcht. Sachsenspiegel/ *part. 1. artic. 56. ut & art. 57. ac seq.* Sic & Freygrafſen indigitabātur, Prætores occultorū Westphalicorum Judiciorū: ex privilegio, sine operosa cognitione, & ex arbitrii libertate in facinorosos animadvertentes. Zasius *in L. Imperiū. ff. d. Iurisdict.* Paurmeist. *2. d. Iurisdict c. 11. n. 4.* Vid. Freheri *tract. singular. de occult. Westphal. judic.* eorum Adsessores dicebātur Frey Schöffen. Sic & Hollandi Dykhgraven habent, qui aggeres curant: alibi Saltzgraffen inveniuntur, qui Salinarum curam habent. Quibusdam in locis, Holtz: oder Waldgraffen/ Judices, quibus cura Sylvarum commissa erat, denominabantur (Von den Rem: vnnd

Andr. Knichen. *de Superior. c. 4. n. 101, &c.*

M. Freher. *Orig. Palat. cap. 5.* Christ. Lehmann „ in der Speyrischen „ Chronick. *lib. 2. c.* „ 23 Lindenbrogius *in* „ *Gloss. Verb. cen.* „ *tena, centenarius.* „ *add.* Knichē *d. super.* „ *cap. 4. n. 68. &c.*

Wildgrassen/ agit Freherus, *Orig. cap. 3. fol. 23.*) Centgrasse/ deß Gauwgrassen/ oder Landrichters locum tenens erat; quod docet Beatus Rhenan. *libr. 2. Rerum Germanicar.* Regiones, ait, per centenas distinctæ fuerunt: unde Centenarii nomen. Is magistratus qui centenæ præsidebat, Comiti subjectus erat. Et adhuc in aliquibus Germaniæ locis, & etiam prope Heidelbergam, vestigium centenæ, & ipsum vocabulum mansit. Ac est, ut ego puto, Zent/ quasi Zehent/ districtus minor. Idque Bignonius confirmat, dum *in not. ad vet. Formul. fol. 599.* scribit: Singulos comitatus in Centenas, seu territoria quædam fuisse divisos, quibus minores Judices præerant sub Comitis dispositione; qui à Centenâ, Centenarii dicebantur. Sic in Synodi Cabillonensis, sub Carolo Magno celebratæ capite 21. Comitibus & Judicibus hoc summoperè præcipitur observandum, ut judicent justè. Ac paulò pòst: sed & ministros, quos vicarios & centenarios vocant, justos habere debent. Alibi etiam Tungini adpellantur, Dingraven/ quorum suprà *n. 4. ad fin.* feci mentionem: qui pedan ei Judices erant. Lex Salica *tit.* 48. Hoc observare cõvenit, ut Tungînus vel Centenarius mallũ indicet. Glossa vetus: Tungius, qui post Comitem est. Centenarii etiam non de omnibus caussis, sed de minoribus tantummodò judicabant. Capitulare Karoli Magn. *lib. 4. c. 26.* Omnis controversia coram centenario definiri potest; exceptâ redditione terræ & mancipiorum; quæ non nisi coram Comite fieri potest. Ibid. *libr. 3. cap. 79.* Ut nullus homo, in placito centenarii, neque ad mortem, neque ad libertatem amittendam, aut ad res reddendas, vel mancipia, judicetur: sed ista in præsentiâ Comitis vel missorum nostrorum, judicentur. At verò hodiè, ut in ejusmodi rebus constantia nulla est, Zent/ Zentbarliche Obrigkeit/ &c. pro criminali Jurisdictione sumi solet. Wehner, *in observat. d. Verb signif. verb.* Zent/ &c. Scabinos autem (qui & Racimburgii vel Rachinburgii alicubi vocitantur) singulis Comitibus in mallis (Mahlstatt) seu comitijs fuisse associatos, patet ex Glossâ Latino-Theotiscâ: ubi Judex, Scepeno denominatur. Quæ certè vox, eâdem adhûc notione apud Germanos Belgasque usitatâ reperitur: Schevssen/ Scheffen/ *ut etiam monui suprà num. 4.* nec aliunde Gallorum *Eschevins* deducuntur: & omnia hæc defcendere videntur ab Hebraico שָׁפַט Schophat id est judicavit: à quo etiã indubiè sunt Pœnorum Suffetes, ut probat Bernh. Aldrete, *2. cap. 2. de varias antiguedad. fol. 335.*

Lindenbrog *ut & Mart Lydius in Gloss. Verb. Scabini. & in Ver. Rachimburgii.* Bignonius *in not. ad lib. 1. formul. Marculf. fol 470 & idem ad Vet. formul. fol 588. ac seq.* Freher. *Orig cap. 1. & seqq. passim*

8. Sed fuerunt Comites quoque, qui nunc Principum ordini non adscripti solùm, sed & Ducibus multis superiores sunt. Atque ita Comites Palatini (Pfaltzgraffen) olim Palatii Cæsaris Judices, sivè

Præfe-

Præfecti erant: Richter des Kayſer: oder Königlichen Hoffs. *t. 55. in pr. lib. 2. Feud.* Borcholt. *de Feudis. cap 5. num. 34.* Lagus, *in Iuris Civilis & Saxon. compendio, lib. 2. cap. 8.* Rudinger. *obſervat. cent. 4. obſerv. 4.* Nunc Kammer: oder Hoffrichter dici poſſent. Etenim Pfaltz/ ſivè ex vetuſtâ dialecto Pfallentz; idem quod Palatium, vel curia Regalis ſonat: inibique etiam ſub imperio Romanorum, præſides habitare cogebantur, *l. ult. C. de offic. Rector. provin.* Sicque Curia Argentinenſis, & hodiè die Pfaltz indigitatur. Et eodē intuitu hoc, in ſpeculo Saxonico, *lib. 3. art. 62.* ſancitur; fünff Stätt ſeind die Pfaltzen geheiſſen/ die ligen in dem Lande zu Sachſen/ da der König ſein rechten Hoff halten ſoll. Hanc itidem propter cauſam, Palatia in Civitatibus conſuetis, Regalibus adnumerantur. *cap. unic. tit. 56. quæ ſint Regaliæ, lib. 2. Feudor.* Taleque Palatium Tiguri olim fuit. Wolffius, *in vindic. Biblic. Tigurin. veſtionis. fol. 20. b & ſeq.* Comites hi in Palatio, hoc eſt in Aulâ Regis ferè erant: unde eos Guntherus in Ligurino, Comites Aulicos vocat; cuſtodes item Aulæ Palatinæ. interdum quoque ad Provincias regendas mittebantur. Inde Spec. Saxonici gloſſa, *lib. 3. art. 53.* prodit; Palatinos ſivè Pfaltzgraffen/ eos eſſe, qui bello partis pacatisque Provinciis jus dicebant Ibique in textu habetur: quamlibet Provinciam Teutonicæ terræ, ſuum habere Palanſgravionatum. Ex his Saxoniæ Ducem exiſtere primum, ſecundum Rheni Palatinū, tertium Brandenburgicum Marchionem; Franconiæ Palatinum, Epiſcopum Moguntinenſem, Sueviæ Trevirenſem, Grunaviæ Colonienſem Epiſcopum eſſe. (Verùm in dem Schwabenſpiegel/ *cap. 19.* mentio fit quatuor tantùm Palatinorum, Saxoniæ, Bavariæ, Franconiæ, & Sueviæ add. Goldaſt. *in notis marginal. ad antiquam Ordinat. d. officio Comitis Palat. quæ extat tom. 3. Conſtitut. fol. 403.* Iisdem ex hoc electionem Imperatorum concreditam fuiſſe, colligit: vnd haben andere Fürſten zu manen/ welche in die Pfaltz gehören/ ꝛc ſucceſſū temporis, compluſculis locis Comites Palatini imperitarunt. Sicque Carolus. V Imp. in Inſcriptionibus ſuis, ſemet nominavit Palatinum Ceritaniæ, Habſpurgi, Hannoniæ, Hollandiæ, Kiburgi, Namurci. Phireti, Roſſiglionis, Selandiæ, &c. Habuit quoque Burgundia, Cāpania, ac Brye; item Brema, Wittelſpach/ Schüren/ & etiam noſtra Tubinga Palatinum. Ante Carulinos, Comes Palatii unus tantùm erat, & Major domus adpellabatur, ejuſque potentia fuerat proxuma poſt Regem. Erat enim Vicarius Regni; ipſi Regi, à populo, tanquam arbiter, cuſtos & obſervator, adtributus: ne limites præſcriptæ Juriſdictionis excedere poſſet. Goldaſt. *in not. marginal. add antiquam Ordinat. de officio Comit. Palat.* Carolus verò Magnus, inſigni politico

P. Pithæus *in libello de Comitibus Campania, juncto Originibus Palat. Freheri.* Bignonius *in not. ad formulas Marculfi. l. 1. f. 515. & ſeq.* Chriſt. Lehmann in der Speyriſchen Chronick. *lib. 2. cap. 9.* Claude Fauchet. *1. des origin. des dignitez.. c. 10.* latè & optimè Ge. Woldus, *tract. de Electorib. cap. 10.* Knichen *de Saxon. non proſpec. jure. ad Ger. Electorum. cap. 1. n. 109.* Cluten. in Syll. g. *th. 26. a.* Rein. Reinec. *tr.* von des Adels anfänglichem herkommen. *f. 148.* Reinkingk, *Libr. 1. claſs. 4. cap. 13. num. 16.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [109] - 105

stratagemate, plures eorum fecit; & tum etiam absolutè Palatini dicti fuerunt, procerum summi, à Regeque proxumi: ac ita Rolandum illum, & Rinaldum, Oliveriumque, sacræ in Sarracenos expeditionis Comites, non tantùm vernaculi scriptores passim, ac cumprimis poëta Italus Ariostus, sed & Chalcocondiles, Græcus scriptor, Palatinos adpellat. *libr. 2 hist. Turcic.* Verùm de Comitum Palatinorum officio, » in sequentia Hincmarus *cap. 19.* scribit: Comes Palatii, de omnibus » secularibus caussis, vel judiciis suscipiendis, curam instanter habebat; » ut nec seculares priùs Dominum Regem absque ejus consultu inqui- » etare necesse haberent, quousque ille prævideret, si necessitas esset, ut » caussa ante Regem meritò venire deberet, &c. Et idem *c. 21.* Palatii » Comitis, inter cætera penè innumerabilia, in hoc maximè sollicitu- » do erat; ut omnes contentiones legales, quæ alibi ortæ, propter æqui- » tatis judicium, Palatium aggrediebantur, justè & rationabiliter deter- » minaret; seu perversè judicata, ad æquitatis tramitem reduceret: ut » coram Deo, propter Justitiam; & coram hominibus, proter legum » observationem cunctis placeret. Sic & Eginhartus in vita Caroli » Magni: Si comes Palatii, litem aliquam esse diceret, quæ sine ejus jus- » su definiri non poterat; statim litigantes introducere jussit, & veluti » pro tribunali sedens, lite cognitâ, sententiam dixit.

9. Comites Provinciales, Landgraffen/præsides, & Judices erant, provinciæ alicujus totius (Judices mediterranei, ad differentiam Marchionum) die da Richter gewest seind eines Landes / so zwischen des Reichs Lande ligt. Borcholt, *de Feud. cap. 5. numer. 33.* Conradus Lagus, *in compend. Iuris Civ. & Sax. lib. 2. tit. 8.* Reinecc: von des Adels herkommen. *fol.* 148. Ac etiam verosimile videtur; fuisse eosdem olim Gograffen/vel Gauwgraffen (Pagi Præsides) vocitatos: Gau namq; vel Göw/ (à γαῖα) sive Pagus, sumitur pro territorio aliquo satis amplo; *ut suprà monui, num. 5. & idem doceo lib. 1. polit. c. ult. num. 52.* ac videri etiam possunt Freher. *Orig. cap. 5.* & Knichen. *tr. d. superiorit. cap. 4. n. 119.* Memorantur autem Landgraviatus, Hassiæ & Leuchtenbergiæ: Alsatiæ, item & Suntgoviæ (quæ duæ ditiones, jam magnâ ex parte Austriacis parent) Thuringiæ (hodiè Saxoniæ Ducum) Baræ (nunc Comitum Fürstenbergiorum) Kleckoviæ (Sultzensium Comitum) Stülingæ (Lupfiorum quondam Comitum, nunc Pappenheimii Marescalci) Susenbergiæ Badensium Marchionum, &c.

Knichen. de *Saxon. non provec. jure, ad GG. Duc. Saxon. c. 4. num. 30. & mult. seqq.*

10. Marchiones (quorum jam in constitutione quâdam Ludovici Pii, quæ extat apud Goldastum, *tom. 2. fol. 9.* mentio fit) Marchiæ Comites, Maragraffen; finibus Imperii præfecti, Limitumque Judices erant: Marckrichter oder Grentzfürsten; quiq; provinciam demãdatam

datam ab incursionibus hostium tutabantur, non secùs ac olim milites Præsidiarii vel Riparenses. Ac si Marchio habetur, ein Fürst/der vber ein solch Land Richter ist/das an den Gräntzen des Teutschen Reiches ligt. Borcholt. *dict. cap. 5. num. 31. & seqq.* Vultei. *d. Feudis. cap. 4. num. 1 .* Lagus *dict. lib. . cap. 8.* Reinkingk, *libr. 1. class. 4. cap. 13. nu. 5. &c.* Et hinc rectè Odofredus, *in sua summa, tit. qui possessores in Feud. succedant.* Vulgare esse apud Francos, ait, ut Marchio adpelletur, qui de jure Romano Liminarcha, seu custodiens Imperii fines, &c. Sicut & idem Annonius *libr 5. cap. 11.* disertè docet, cùm scribit: Reliquit Marchiones, qui fines Regni tuerentur, & hostium arcerent incursus (haud dubiè ad æmulationem Romanorum, qui etiam Comites limitis Orientis &c. habuerunt) Marck namque significat fines (quasi Gemärck.) Hinc *Marchire* vetus Francicũ Verbum Gräntzen/mit einem andern Marcken. Pasquier. *lib. 7. cap. 51.* item marquer, Marcken/Marckstein setzen. Marechal de logis, der die Losament notirt/märckt oder zeichnet. Et ita quoque vocabulum Marchæ, à rerum Francicarum scriptoribus, sæpiùs pro termino, finibus, & etiã regione usurpatur, Lindenbrog. *in Glossar. verb. Marcha.* Iohan. Lydius, *in Gloss. Latino-barbar. juncto operib. Nic. Clemangis. verb. Marca, & item Marcha.* Barth. Schobinger, *in addit. ad farrag. antiquitat. Vadiani, in tom. 2. Rerum Alemannic.* Goldast. *fol.* 148. Indeóque commarcani dicebantur, quorum marcæ sunt vicinæ: Lindenbrog. *verb. commarcani.* ut & hodiè in Hispanicâ linguâ, eodem sensu usurpatur vox *Commarcano.* Veteres quidem Galli, ac etiam Germani nostri, equum militarem, March) vocitârunt. Indè ipsis erat Marchfall/ depositio de equo; Merworphm/ ab equo dejectio, Lindenbrog. *in Gloss. verb. Marach.* Quin & nunc usurpatur Meere vel Merche/ pro equâ: ut etiam Glossa Latino-Anglosax. equum interpretatur Horß/ equam Mõra. Sed tamen minimè placet, quòd exindè nonnulli, Marchionem Præfectũ Equitũ sonare ajunt: Alciat. *in libr. d sing. certam. cap. 32.* Cuiac. *in cap. unic. de his qui Feudum dare poss.* Claude Fauchet, *lib. 2. de Orig. des dignit. cap. 2. & 8.* quem usitatè Comestablum (quòd Comes, seu præfectus stabuli sit) aut quoq; Marescalcum adpellamus; à Marach/ equo, & Schalck/ quod denotat servuum. Lydius *in Glossar. verb. Schalcus* (undè & nos adhûc, instrumentum quoddam inserviens culinæ, ita nominamus.) Quemadmodùm etiam Lyclama *5. membranar. eclog. 9.* hunc in sensum scribit: Marchiones censeam esse Comites, quorum nobilitas sit equestris. Sicque eosdem Gõwgraviis seu Landgraviis opponit: quorum nimirùm nobilitatem pedestrem esse censet. Sed aliud planè est Marach/ Mãre/ aut Celticũ

Matth. Stephani, *d. Iurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 6. n. 85 &c.* Pasquier. *7. des recherches, cap. 5.* Claude *Fauchet. libr. 2. de dignites. cap. 3.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [111] - 107

vetus *Marchisia*, quod apud Pausaniam extat, & equum denotare scribit: aliud Marka, Marck/ limes. Et indè etiam inter Marchionē & Mareschallum, maxuma differentia erit. Ac cùm itidem de Marchiæ vocabulo, nil Germanicarum gentium incursionibus antiquius constet; credibile omninò est, Marchionum nomen, limitaneis Præsidibus inditum: nec ideò à Græco νομαρχία, quod quidem etiã provinciam notat (per aphæresin primæ syllabæ) fuisse deductum; ut & contra Georg. Sabinum Heigius probat, *quæst. 2. numer. 57.* Ac hinc Misnica Marchia contra Bohemos, Brandenburgica adversus Henetos & Obotritos, Lusatiæ, Moraviæ, Austriæque contra Ungaros, Sarmatas & Polonos, Sleswici adversùs Danos & Jutas, Badensis & Hochburgensis (de quâ alicubi *in tract. de jurisdict.* Matthias Stephani latè) adversus Gallos constituta fuit. Quamvis plures postmodũ cœperint Marchionatus, nullâ habitâ limitum ratione: ut & aliæ cõsimiles dignitates, à nomine, & propriâ primævâque suâ significatione degenerârunt. Et sic etiam est Antuerpiensis Marchionatus, antiquissimus sanè, & diu antè Caroli Magni ætatem; contra Danos, ut puto, institutus. Utilonem enim Theodonis Magni Boiorum Ducis fratrem, honorariâ Marchionatus Antuerpiensis præfecturâ, à Theodorico Ludovici Magni Gallorum Regis filio, donatum volunt: adnitente cumprimis Theodeberto, Theodorici filio, qui Clochilaicum Danorum Regem, post ingentes abactas prædas, depopulataque hostiliter vicina Marchionatui loca, terrestri ac navali clade, ad internecionem delevit; consilio manuque potissimùm Utilonis; cui etiam sororem in uxorem Theudebertus dedit, è quo matrimonio Caroli Magni magnum est genus. Magnum proindè hujus est Marchionatus nomen, à quo tantorum progenies Regum, mille & quod excurrit annis, nusquam interruptâ serie, continuata, in Hispaniæ Reges, Austriacamque se diffudit domum. Reverendus Pater Carolus Scribanus, *in origin. Antverpiens. cap. 6.*

Knichen. *de Saxon. non provoc. Iure. supr. dict. c. 4. n. 44. &c.* Respõsum in causâ der Statt Friedberg. *passim multisque locis qua index,*

II. Burggravij, perpetui Castellani; præfecti, sivè Judices erant; certi alicujus præsidij atque arcis, Einer Vestung des Reichs: ein Herr so ein Vestung des Teutschen Landes zu lehnen innen hat; Oberster Richter der Statt. *Conr. Lagus. suprà dict. loco.* Talis est Burggraviatus Norimbergensis, qui pertinet ad Electores & Duces Brandenburgenses; Magdeburgensis, qui est Saxoniæ Electoris; Burggraviatus item qui est in Urbe Imperiali Friedberg/ vnd Gailnhausen/ certis Nobilium familijs constitutus: & aliorum adhûc plurium, mentio fit in Imperij Recessibus, constitutionibusque à Goldasto vulgatis; *ut Indices monstrant.* Magna hæc olim dignitas erat; adeò ut in civilibus,

etiam

etiã Marchionibus jus dicere posſent: ni nos fallit Auctor des Sachſenſpiegels/*part. 3. artic 52. ad fin.* Aliquandò etiam in Episcopatibus civilem exercebant Jurisdictionem: undè Peucerus, *lib. 5. Chronic.* eos illarum terrarum Judices esse cenſet, quæ Imperatorum donatione Ecclesijs accesserunt.

in Verb. Burggravi refert. Reinec. von herkommen des Adels f. 149

12. Omnes hi, omniumque generum Comites ab initio temporariè, posteà perpetuò Provinciarum administrationi propositi fuêre. Ut & Ducum, Marchionum, &c. olim officiorum, muneris & administrationis; nunc dignitatis & patrimonij nomina sunt. *arg. cap. 1. § & quia vidimus. de his qui Feud. dare poss. cap. unic. in fin. de alienat. Feudi. cap. unic. in prin. de Feud Marchiæ & jam monui suprà cap. præcedent. num. 4.* Et indè apud Stumpffium, *libr. 4.* der Schweitzer Cronick/ *cap. 29. fol. m. 290.* mentio fit Landgraviorum, qui tantùm Barones; & quoque Burggraviorum, qui tantùm Nobiles erant. Licet Comites & Duces hereditarij, etiam vetustissimi reperiantur; & habuit nempè Britannia Gallicana Comites, jam sub Mæroveis. Claude Fauchet. *2 cap. 4 fol. 58. des Origin des dignit.* Pertinet hûc, quòd Paulus Æmilius, *lib 1. sub Rege 9.* notanter scribit: Duces initiò, Comitesque à Regibus præficiebantur gentibus, Civitatibusque; ac cùm videretur, dimittebantur. Deindè inveteravit consuetudo, ut nisi sceleris convicti, abire Imperio non cogerentur: idque postremò, ut quisque eo munere donabatur, jurejurando Regum cavebatur. Adde Estien. Pasquier. *2. cap. 1. des Recherch.* Undè in consuetudinibus Feudorum, pro eo sumitur Comitis verbum; qui de Comitatu, feudo primi gradus, est investitus: *tit. 10. quis dicatur Dux, &c. à prin. libr 2. Feud.* Ant. Contius, *in comment. Feudal. tit. d. divis. Feud* quamvis & quidam Comitatus sint allodiales. *Compilator decision. seu præjudicior Cameral. verb. Comitatus.* Et hinc etiam Comites, ita speciatim nominati, Reichsgrafen/ (nam qui cum adjectione aliquà sic nominantur; Comites putà Palatini, Marchiones, Landgravij, Burggravij, &c. (Principum extra controversiam obtinêt locum) in Imperio Germanico-Romano, quò ad subditos territorij sui, Jura Imperj habent: de ijsque idem ferè, quod de Ducibus ac Principibus alijs statuendum erit. Quo itidem respectu Baldus, *in cap. 1. num. 2. vers. item nota. de Feud. Marchiæ.* scribit: Comitatum, non tantùm dignitatem, sed & dignitatem Regiam atque Principalem esse. Quin & jam olim Comes, pro Principe sumebatur. indè Guntherus *lib. 1.*

Christoph/ Lehmann in der Speyr. Chronick. *lib 4. cap. 1.* Anton. Coler. *sect 58.* Matth. Stephani. *2. d. Iurisdict. part. 1. c. 5. a princ.* Bignonius, *in not. ad l. 1. form.* Marcolf *fol. 460. & seq. qui simul, quâ occasione, & quo tempore talia munera hæreditaria sint facta, monstrant.* Adde meum tract. *d. Appellat. cap. 2. nu. 15.*

Paurmeister *2. d. Iurisdict. cap. 11 n. 22.* Knichen *d. Superioris. nu 332. &c.*

— *Dubium puer inclute, dici*
Rexné Comesné velis. —

Et mox:

——Comitemne vocem, Regemne, Ducemne,
Pontificemne magis? ——

Pòst idem libro eodem:

Dux, Comes, an Præsul dubium?

Et indè sæpè jam laudatus Guntherus, *in Ligurino lib. 8.* Comitatum, utpotè Regale feudum, individuum esse scribit:

Marchia, seu Comitis possessio, sive Ducatus
Integra permaneant. ——

Hocque forsan intuitu; inter Saxonicos & Francicos Comites, differentiam facere satagunt quidam: ut nempè Judices hi, illi Principes fuerint jam olim. Anton. Coler. *d. jure Imper. Germanic. sect. 57.* Knichen. *Encyclopæd. cap. 1. num. 1-8. &c.*

c Whner. *d. Verb. signif. Verb.* Graff. Rutger. Ruland. *d. Commiss. part 1. lib. 5. cap. 4. n. 27.* Matth Stehani. 2. *d. Iurisdict. part. 1. cap. 6. num. 115. &c.* Cluten. *in syll. th. 26. sub lit. h. Vers. Comitum varia genera sunt.*

13. Totus nunc Comitum ordo, duo tantùm suffragia in Comitiis habet: quæ plerunque per legatos der Schwäbischen vnd Wederawischen Grafschafften præstari solent: non tamen ideò reliquis Imperij Comitibus (& Baronibus quoque) ad consilium Principũ (zum Fürsten Rahr/) accedere, deliberationibusque interesse, denegatum existimatur. Quod tamen de Comitibus tantùm, qui statum Imperij repræsentant, intelligi debet: ac ideò ut doceat quis, Imperij se Comitem esse; sufficiens est, si adprobare possit, sibi ad consilium illud, liberum aditum patere, daß er auff die Reichstäge beruffen/oder daselbst zu dem Fürsten-Rahr einen zutritt habe. Alijs namque, qui Imperio immediatè non sunt subjecti, id non permittunt ij Principes vel Status, qui eos sibi subesse pertendunt; ut nec nomina eorum Catalogo Inscriptionum, den Reichs abschiden zu End angehefft vnd beygetruckt/ inseruntur. Haut pauci quippè & alterius generis Comites reperiuntur, qui in Imperij matriculam non modò haut relati, sed & absque Regalibus sunt investiti; quales in compluſculis Germaniæ locis reperiuntur: v. g. sub Austriacis, die Grafſen von Hardeck/ sub Electore Brandenburgensi, die Graffen von Hohnstein; Sub Archiepiscopo Colonienſi (ex quorundam opinione) die Graffen von Manderscheidt. Sub Bavariæ Duce (particularium tamen bonorum ratione) die Graffen von Ortenburg. Sub Pomeraniæ Ducibus, & Episcopo Caminensi, die Graffen von Eberstein zu Newgarten. Hi quia Regalia vel nulla, vel non integra habent, & alijs Principibus (als Landsassen) subsunt; paribus Juribus, ac Comites, qui Status Imperij existunt, minimè gaudent. Nec idcircò consequentia habetur justa, si quis ita argumentari velit: Comes est, vel Baro. Ergò Statibus Imperij accensetur. Cùm quippè possit & alterius

alterius Principis subditus esse: quod quoque roboratur Imperij Recessu de Anno 1548. §. Wiewolauch. Tales item Comites titulares, in Italiâ atque Lombardiâ, magno numero reperiuntur. Hinc que effectum fuit, ut nostris nunc moribus Comites dicantur illi, quibus dignitas ea, vel Cæsareis codicillis, vel usu longævo est acquisita: ut Petr. Gregorius *lib. 6. Syntagm cap. 8.* & Sigonius, *de Regno Italiæ lib. 7.* notant. Hacque ratione, Comes pro gradu Nobilitatis politicæ usurpatur. Paurmeister. *2. d. Iurisdict. cap 11. num. 10. & seqq.* Quod & innuit Steph. Pasquierius. *2. des Recherch. cap. 11. ad fin.* ita scribens. A prendre les choses au vray, les Ducs & Comtes, qui sont aujourdhuy, ne sont qu' images des ceux, qui estoient de temps de Hugues Capet; n' ajans, ce semble, aucune prerogative sur les antres Seigneurs, sinon par une pompe de nom, & pour les ceremonies exterieures, &c. Itidem Petrus de Andlo, *tr. d. Imperio Roman. lib. 2. cap. 12* plures in Germaniâ Comites esse censet, de Comitatu non investitos, sed qui à Castellis privatis, quæ possident, titulos contraxerint nominationis: quorum etiã majores, Romæ Comites temporarios fuisse, nomenque dignitatis, dum exteras peterẽt nationes, retinuisse: eorumque de numero, Comites ab Oetingen & Zollern, superstites esse putat; sic & Frater Felix Fabri, *libr. 1. histor. Sucvor. c 14. fol. 166.* scribit; Quædam castra Dominia habebant adnexa, ut Kyburg, Helffenstein, &c. Alia sine Dominijs & Comitatibus erant: ut Habspurg, Rugg, &c. De istisq; etiã credit fuisse castrum Würtemberg. De quâ tamen traditione nõ præter rationẽ dubitatur.

14. Est & porrò dignitas Comitalis, cum eminentiâ Principali, Ein gefürstete Grafschafft: ut Hennenbergensis, Arenbergensis, Mansfeldensis, Habsburgensis, Tirolensis, Würtembergensis (olim) Montbelgardensis, Gôrtzensis: Artesia item, Burgundia, Flandria, Hollandia, Namurcum, Selandia, Spanheim & Veldentz, &c. Sixtin. *d. Regalib. 1. cap. 4. num. 22.* Paurmeister. *2. d. Iurisdict. cap. 10.* (vide Guilliman. *libr. 6. Habspurgiac fol. mihi 247.* ubi Comites Principes vocat, qui nemini nisi Imperatori suos debent Comitatus) Hi sanè Principibus æquiparantur, & in Recessibus Ordinationibusque Imperij, sub voce Fürstenmäßige/comprehenduntur. Reichsabschid zu Speyr *de Anno 1576.* §. Auß besondern ansehlichen Vrsachen. *& consimil. locis.* Tandem etiam ex Comitum ordine, privilegio Cæsarum singulari, quatuor Familiæ, die vier Grafen deß H. Römischẽ Reichs/ nuncupari solent: Comites nempè Clivenses, Schvvartzenburgenses, Ciliæ, & Sabaudiæ quoque. Petr. d. Andlo. *d. tr d. Imp. Rom. lib. 3. c. 16. ubi* Freher. Sebast. Münster. *Cosmographiæ lib. 3. cap. 18.* Cruc.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [115] - 111

Annal. p. 2. lib. 5. cap. 7. Ex quibus Clivenses & Sabaudi, in Principum ordinem adsciti; Cilienses verò Anno 1456. defecerunt, ac ita soli Schvvartzenburgenses in Thuringiâ, rerum gestarum gloriâ, ut & amplitudine possessionum nobilissimi (ex quorum etiam gente fuit Guntherus, contra Carolum IV. Imperator electus) supersunt. Comites autem Sacri Palatij, quos subindè creare solent Imperatores, abusivè ita dicuntur, & Comites tantùm honorarij reputantur: non obstantibus quæ in contrarium disputat Petrus Calefatus, *tr. d. Equestr. dignit. num.* 8. Nam & eos idem *num. seq.* Equitibus postponit. vid. Freher. *Origin. cap. 2. fol* 10. Sixtin. *d. Regal. 1. cap. 4. nu.* 103. *&c.* Matth. Stephani. *1. d. Iurisdict. part. 1. cap. 7. per tot.*

15. Sed nunc de BARONIBUS, pauca quædam dicenda sunt: quorum etiam originem ex priscâ Germanicâ deducere antiquitate, operæ pretium esse videtur. Etyma vocis hujus, varia, & ridicula quoque adferuntur. Sanè absoni planè sunt, qui quòd apud Hirtiũ, *de bell. Alexandr.* (ubi omninò *in not. Critic. num.* 40. Joh. Brantium Antverpianum vid:e ac etiam Lubinum *ad Persium Sat. 5.*) *Baro* pro bardo, ac stupido sumitur, huc adducunt: illud enim est ab Hebræo בער *baar*, brutus. undè etiam per geminationem Barbarus, derivatur. Nec itidem Adriano Scriekio, Cimbricæ Linguæ restauratori, possum adstipulari, qui *lib. 19. num. 73. Orig. Celticarum, ut & in Indice 2. miscello*, Baron, Fanerhon, Celtis vexilli supremum esse ait: cũ quippè *Baron & Baneret* differre videantur. vid. Pasquier. 2. *des Recherches, cap. 13. fol.* 214. Sed rem paulò altiùs repetere placet. Subditi, aut etiam Cives, ita in genere, Leut/ sive Leodes; aut etiam Leüdes dicti fuerunt; quos & alij *Homines* vocant: ac indè vox Hominium, sive Homagium descendit. (Græcè dicuntur λαϊτοι, homines in publico versantes. Andr. Helvigius, *in Etymolog. verb.* Leute.) Dicuntur & Fideles, Gallicè *Leaulx* sive *Loyaulx*: quorum illud ex nomine Leut; hoc à *Loy* semi-Latino (quasi Legales) descendit. Et sic Gregorius Turonens. *histor. lib. 9. cap. 20.* Convenit, ut secundùm pactiones inter Domnum Guntichramum, & bonæ memoriæ Domnum Sigibertum initas, *Leudes* illi, qui Domno Guntichramo post transitum Domni Chlotarij, sacramenta primitùs præbuerunt: ac si posteà convincuntur, se in parte aliâ tradidisse; de locis ubi commanare videntur, convenit ut debeant removeri. *Ac paulò pòst*: Similiter cõvenit, ut nullas alterius *Leudes*, nec sollicitet, nec venientes excipiat. Item Aimonius, *libr. 2. cap. 91.* Leudi Theodoricum hortari cœperunt. Idem *libr. 4. cap. 80.* Fuit autem Guntrannus in bonitate præcipuus; præbens *Leudis* suis benevolum, gentibus externis pacatum. Et

Pasquier. 2. *de Recherch. cap. 13. f. 205* Claude Fauchet *d. Orig des dignitz. c. 5. fol. 61. &c.* Hierõ. Bignonius *in notat. ad Formul. Marculf. lib. 1. c. ult. f. 541.* Lindenbrog. *in Glossar. Verb. Leudes.* Goldast. *rer. Alemannicar. tom 1. fol. 216. & eq.*

tum. Et *lib.* 4. *c.* 53. Fines Regni illius, *Leudibus* suis, probatissimis Viris & illustribus, ad resistendum contra gentes rebelles, in fide disposuit. Hincque dubio procul Feudum, *sive* Lehen / hodie quoq; Germani vocant; quod jam Cujacius *init. Feudor* adnotavit. Et indè forsan, apud Feudistas dictum est *Ligium*, quasi Lidium; hoc est tale *feudum*, quod arctissimam importat subjectionem.

16. Inter hosce autem *Leodes* sive *Leudes*: quidam homines servientes, arme Leut/ servilis sivè potiùs libertinæ conditionis dicebãtur (namque in Legis Ripuariæ *cap.* 62. servum, tributario aut *Lito* opponi videmus) Nobiles verò specialiter Man/ sive Manne/ hoc est, Viri indigitabantur. Pariter ut apud Hebræos, discrimen erat inter Cives, ut alij אישים, *ischim*, vel בנר אוש, *bene ischim*, id est Viri, vel Filij viri; alij בני אדם *bene adam*, hoc est, Filij hominis dicebantur: parili ferè sensu, quo nos dicimus, Patricios simul & Plebeios. Hæcque differentia, in Psalmo 49. vers. 3. planissimè observatur; ubi ita loquitur Propheta: Auscultate omnes habitatores orbis; etiam filij hominis, etiam filij viri, pariter dives & pauper. Et qui filij viri, aliàs quoque בני הורים, *bene chorim*, à vestium colore aut splendore, indigitantur, & pro nobilibus sumuntur. Eodem ergò planè sensu, *Barn* vetus Teutonicum est, & virum, marem, heroëm signat. Inde veteres Glossæ: Baro, ἀνήρ. id est, animosus, generosus. Et item Latino-Gallica Glossa: Ber, Baro & vir. (Vir certè est nomen ἀρετῆς; Sic Virum te præsta, ac est à Viro virtus: Estote Viri. 1. *Samuel.* 4. *vers.* 9. *ubi* Drusium *vide*) Quemadmodum etiam in Salicâ, Ripuariâ & Alemannicâ lege; fœminæ passim opponitur Barus. Quin & adhùc hodiè, Baron Piccardis est maritus. Ex eodem etiam Hispanicum *Varon* descendit; quod non simpliciter virum, sed egregium denotat: & omninò reliquum est à Gothicâ dialecto. Similiter jure Saxonico feudali, vasalli simpliciter Manne vocitantur: quasi præditi virilitate, animoque strenuo & recto. Heigius, *part.* 1. *quæst.* 2. *n.* 85. Ex eo Baronagium, pro Homagio quandoque usurpatur: Selden *in Iani Angl. facie alterâ lib.* 2. *fol.* 106. & ego monui *Politic. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 2 *vers.* 1. (Homagium enim, seu hominium, facit aliquem alterius hominem, seu Manus, & certè *Homo*, declinante Latinâ Linguâ pro Viro solùm sumebatur, ut hodiè apud Italos, Gallos, atque Hispanos) Et hinc in lege Salicâ, Ripuariâ & Longobardorum, *Sagebaroner* (qui perperam aliquandò Sacebarones, aut Salebarones nominantur) viri prudentes erant, & quasi senatores, Lindenbrog. *in Glossar verb. Sagibaro* quorum sententiæ eam auctoritatem obtinebant, ut Gravionibus ab eorum responso (veluti Prætoribus olim apud

Drusius *Ebraicar. quæst. lib.* 1. *cap.* 21. & *ad loca Genes. c.* 31. Piscator. *in* „ *Scholis ad* „ *Salomonis Pro-* „ *verb. cap.* „ *8. fol.* 63.

Freher. *in not. ad Petr. de Andlo l.* 2. *ca.* 12. *ad pag.* 116. Goldast. *in not. ad Paræneticos Veteres f.* 414. & *seqq.* Lindēbrogius *in Gloss. verb. Barus.* Claude Fauchet, 2, *cap.* 5. *d. Orig. des dignit.*

Romanos, à Jureconsultorum) recedere non liceret: quemadmodũ
„ in lege Salicâ, *tit.* 56. §. 4. constitutum invenimus. Verba ita sonãt:
„ Sagibarones in singulis mallobergiis (id est plebs quæ ad unũ mal-
„ lum convenire solet) plùs quàm tres esse non debent; & si causſa ali-
„ qua ante illos secundùm legem fuerit definita, ante Grafionem eam
„ removere non licet. Sagibaron, sicut & *Sagefemme*, voces sunt Cel-
tico-Romanæ: *Sage*, etenim adhûc hodiè Franco-Galli usurpant pro
sapiente. Arabes, Saga; Etrusci ac Sabini, *Sagni* dicunt. Et Hebræis
est שגא *saga*, crevit: שגיא *sagi*, magnificus, amplus, quo sensu Jobi
cap. 36. *vers.* 24. *& cap.* 37. *vers. penult.* usurpatur; & סגי Aramæis in-
crebro usu est: sapientes namq; sunt populo magni ac reverendi. Ex
eo item Latinis Saga dicitur, fatidica & superstitiosa anus. Ex hoc
est etiam Germanicum Segen/ Segnen/ benedicere, incrementum
optare. Helvig. *in Etymolog.*

17. In vetustissimis itidẽ Germanicis Rhythmis, *Bar* pro libero,
franco, freyledig vnd loß/ frequentissimè usurpatur: & indè etiã quæ
componuntur; putà Sorgenbar/ Falschesbar/ Leidesbar/ Sinnebar/
Lasterbahr/ Wandelbahr/ Tugendtbahr/ Goldastus, *ad Paræneticos, fol.*
451. *& seq* Indeque nobis restat, Entbähren pro Mangeln. Pariter
quoque *Baren*, à cascis Germanis, pro gnatis sumi comperimus: undè
Fürstenbaren/ Hincque in quãdam precatione, ad Christum nostrum
Salvatorem invenitur:

Ich bitte dich reiner Mägde Baren.

Et dicuntur ita gnati, Baren, à Libertate; non aliter ac liberi Latinis.
Hocque provenire videtur ex primigeniâ linguâ; Hebræi enim nõ-
nunquam, & usitatissimè Chaldæi atque Syri בר (*Bar*) pro filio utun-
tur. Indeq; sunt nomina quædã propria, in Novo Testamento: Simon
Bar Jona; Matt. *c.* 16 *v.* 17. *pro quo habetur Ioannis c.* 1. *v.* 43. Simon fili⁹ Jo-
na. Bartholomæ⁹, filius Ptolomæi: Bartimæus, filius Timæi. Idéq; judi-
cium esto, de Barrabas, Barnabas, Barjesus, Barsabas. Et hûc pertinet &
scribit Caspar Waserus, *in Commẽt. ad Mithridatem Gesneri fol.* 115. Or-
ta *Baronis* vox videtur ab Hebræâ Bar, purum vel mundum: ut Baro
sit, qui vel ortu purus ac mundus, hoc est, nullâ τῆς δυσγενείας seu ἐπι-
γονείας labe conspersus est: Vel purus ac mundus onerum milita-
rium respectu; putà ab eis exemptus atque immunis. Alludit quo-
que ad Baronis nomen, alia Hebraica radix (*Schindler in Lexic.*) פרע
(*Para*) liber, seu vacuus fuit, aut transitivè liberavit. Ex eo Pharaones
Ægyptii Reges, ita κατ' ἐξοχὴν nominabantur; quasi præ subditis li-
beri, & legum vinculis soluti. Idque aptissimum est nomen Monar-
charum; ita ut Pharaõ, Josepho teste, Regem significârit veteri Æ-
gytiorum

Hacius Pon-
can. *Orig.*
Francicar.
lib. 6 *f.* 598
c. ult. Bar-
no. *Anglis*
& Danis
ad hùc ho-
die filium
denotare
ait: idq; ex
Bären/
quod est ge-
nerare deri-
vat: nec
Hebr. ablu-
dit ברא
creavit
Val Schind-
ler. *in Lexic.*
pentagl.
Drusi⁹ *in*
Comment
prior. ad
voces N.
Test. & i-
dem com-
ment. po-
ster. cap. 5.

gyptiorum linguâ: alioqui singuli Pharaones Ægypti, nomina sua propria habuêre. Et nempè qui tempore Abraham erat, dicebatur *Tutis*; is qui tempore Josephi, *Reân*; & is qui in rubro mari submersus, *Talma*: Jeremiæ item *cap.* 44. mentio fit Pharaonis *Hophra*, & ibid. *cap.* 46. Pharaonis *Necho*, sive claudi. Et sic apud veteres Germanos, Baren, seu Barones (etiam Ber, & Bero invenitur) dici cœperunt liberi Domini (hodiè Freyherren) quorum majores nullum unquam servitium servissent: aut, ut Lindenbrogius, *in glossar. verb. Barus* ait; Homines Regij, sivè qui hominium Regi debent (quo forsan intuitu Isidorus, *lib.* 9. *Orig. cap.* 4. Barones eos vocat qui serviunt acceptâ mercede.) Et hi propriè Nobiles erant: undè etiam olim Franco-Galli, *grande Baronie*, pro multitudine Nobilium sumebant: Nicod. *au grand. Dictionaire, verbo Baron.* Paschalius, *libr.* 4. *Coronar. cap.* 4. *fol.* 644. & item *Bernage* pro noblesse, & franchise du coeur. Fauchet, 2. *des Origin. des dignit. cap.* 5. Sicque Matthæus Paris, *in histor. Angl. sub Henric.* 3. *fol mihi* 500. Dominus Papa scripsit Regi Francorum, jussitque Epistolam suam, coram ipso & toto Baronagio Franciæ legi. Sicque Barones, in latissimâ significatione, adpellabantur olim omnes, qui Vassi Dominici, & homines seu Vasalli Regni dicebantur: quo nomine Regni Capitanei, seu Magnates; omnes nempè Comites, Duces, Marchiones, &c comprehenduntur. Joh. Lydius *in Glossis subnexis operib. Nicol. de Clemang. verb. Baro* Paurmeister. 2. *d. Iurisdict. cap.* 11. *num.* 27. *& seq.* Cluten *Syllog. th.* 26. *lit. I.* Et Hotomannus *in Lexic. Feud.* Barones Vasalli Regij sunt. Firmat itidem hoc Suidegerus *in Chron. Franc* Abbates, ait, in antiquis historijs non sunt Monachi, vel religiosi, sed Barones, magnatesque seculares; quibus Abbatias, vel Monasteria Princeps dat ad tempus, vel quò advixerint. Pariter Cicardus Abbas. *de interpretat. verborum*; Baro Dominus, Princeps. Adde Reinkingk. *lib.* 1. *class.* 4. *cap.* 15. *num.* 12. *&c. & num.* 21. *&c.*

18. Angustiùs verò, & propriè ac simpliciter dictum Baronis nomẽ; pro Capitaneis, Comitibus proximis usurpatur. Barones namq; dignitate, opibus itẽ & potentiâ, reliquos Nobiles ac milites antecellunt; Heigius *part.* 1. *quæst.* 2. *num.* 53. Quam rẽ eandẽ ita explicat Johan. Stumpffius, in der Schweitzer Chronick. *lib.* 4. *cap.* 29. *fol. m.* 291. Bey den Francken vnnd Teutschen/ würdten mittler Zeit die jenige Nobiles, Freyen (jetz Freyherren) genandt/ welche mit ehrlichen vnd langen Diensten/ die Güter/ so sie von den Fürsten zu zeitlichen Lehen empfangen/ vmb ihrer getrewen Dienste willen/ für eigen vnd erblich empfange/ vnd auff solches der Pflichten täglicher Dienst/ vnnd Reisen/ vber ande-

re Edle Dienstleut (die man allein Edelknecht nante) etwas entlassen vnd gefreyet waren/ &c. Cui etiam Reiner. Reineccius consentit, *tract.* von des Adels herkommen. *fol. m.* 145. Non aliter ferè, apud Hirtium, *de Bello Alexandr. c.* 53. ex usu, ut Goldastus suspicatur Gallicano, Berones dicuntur milites principales, quibus militiæ onus remissum, vacatioque muneris præstita erat, die gefreyte Rott: *in not. ad Paræneticos auctores. fol.* 416. *& seq.* Prætoriana cohors. sed hoc non admittit, quod de Baronibus Hirtianis suprà dixi, *num.* 15. Sicque non apud Germanos modò, sed & Gallos, Britannos, aliasque obtinuit gentes; ut Barones superiorem constituerent nobilitatis gradum. Et ita Girard, *histoir. d. France, libr.* 4. *sub Carol. Magn. fol. mihi* 373. Baronem vocat, *homme de hault justice.* adde Nicod. *in Dict. Gall. verb. Bacele.* Et in Angliâ, Baronibus jam olim sua territoria fuêre; ac in illis Curiæ erant, ad Beneficiarios statis temporibus convocandos, iisque jus dicundum. Selden, *libr.* 2. *Iani Anglor. ad fin. fol.* 132. Quamvis Guilielmus Camdenus *in Britann. tit. Ordines Angliæ, fol. mihi* 104. scribat: Primis temporibus Nortmannorum, Comites nonnullos sub se Barones habuisse: & melioris notæ Cives, *Barones* vocatos fuisse.

19. Lubet heîc inquirere in orginem & significationem *semper Liberorum*, der Semperfreyen/ De hisce Goldastus, *rerũ Alemannicar. tom.* 1. *fol.* 218. ita scribit: Qui ex servitute manumissi, libertatem consequebantur, Ingenui dicti fuerunt, & ab Alamannis *Sempersry*: ex formulâ manumissionis; semper ingenuus, atque securus existat, ab omni servitutis jugo, in perpetuum sit exutus. Hæc formula, Avorũ memoriâ, sublato manumissionis ritu, iis aptari cœpit, qui Baronum ordini ab Imperatore primùm adscribebãtur; ut juberentur esse, ac etiam dicerentur porrò Semperfrey. Quæ appellatio olim, ut diximus, nota erat generis libertini; apud Majores autem nostros, novorum Baronum. *Hactenus Goldastus.* At hæc aliquantum absona mihi videntur: cùm constet, Barones vetustissimos, & quasi καθ' ἐξοχὴν, hoc nomine indigitari. Rectiùs sentire puto Johannem Selden, qui *Iani Anglor. libr.* 2. *fol.* 122. dicit: Priscis Germanis, semper liberos, medios liberos, & infimos liberos; Nobilium fuisse classes: ita ut Semperfrey habiti fuerint præcipui inter Barones. Consentit der Schwabenspiegel/ *c.* 47. Hie soll man mercken dryerley frye Leit/ welche recht die haben. Es heissent eins Semperfryen/ das sint die fryen Herren; als Fürsten/ vnnd die andern Fryen zu Mann habent. Das ander seind Mittel fryen/ das seind die/ die der hohen fryen Mann seind. Das drit seind geboren die frey seind/ die heissent fry landsessen. Eadem propè, Munsterus habet, *Cosmographiæ lib.* 3. *c.* 20. Sic & Paurmeister, 2. *d. Iurisdict. cap.* 11. *numer.*

numer. 40. rectè scribit: Lympurgicos & Westerburgenses (quos Comites Leüningenses jam repræsentant) ut & Thusanos ac Aldéwvaldenses, Semperfreyen fuisse adpellatos, quòd à tempore antiquissimo in dignitate istâ ingenui constituti, reliquis ordinibus parilis dignitatis splendidiores videantur. Alia comminiscitur Petr. de Andlo, *lib. 2. cap.* 12. quæ referre piget.

20. Hodiè Barones, variis Germanicis nominibus adpellantur, quorum usus, etiam videre est, ex decretis Comitiorum. (1) Enim simpliciter dicuntur Freyn (2) Freyherren. (3) Semperfreyen. (4) nudè Herren. (5) Baron (6) Edle Herren. (7) Simpliciter Edle: ut, Edle von Querfurt; vel adjecta demonstratione, der Edle/ ut, Evert von Werberg/ der Edle. (Addi potest von den Edlen Herren/ Reinecc. *tr.* von deß Adels Herkomen. *fol.* 142.) Quos tamen omnes, Nobilitate ac dignitate pares esse, Paurmeisterus censet; per rationes quas adducit: quod & facit Sixtinus. At verò titulus simplex Herr/ etiam pro Principe aliquandò usurpatur: sicque Austriæ Archiduces inscribuntur, Herren zu Frießland/ auff der Windischen Marck/ zu Portenauw/ &c. Duces Juliacenses, Herren zu Ravenstein; Megapolitani, Herrn der Lande Rostock/ vnd Stargart/ &c. Vid. indices Constitutionum Goldasti, Verbo Domini, item Herrschafften. Ac tandem ex moribus nostris, Comiti Baro æquiparatur, nullumque inter eos censetur esse discrimen; nisi quòd Baro non est investitus de Comitatu: qui tamen omnibus in rebus suscipiendis, honoribusq; administrandis, haut quaquàm Comite inferior censetur. Quare & hunc Capitaneum quoque Regni, vel Regis (modò tamen ab Imperatore suum obtineat Feudum) cognominari debere; vetustissimo procerum Germanorum usu receptum esse, notat Frid. Schenck. Baro. *ad cap. 1. tit. quis dicatur Dux &c.* Unde Baronatus inter Feuda Regalia numeratur: v. Petr. Calefatum. *tr. d. Equestr. dignit. num.* 12. *&c.* & æquè ac Comitatus Jure territorii regulariter: præfulget Kniché. *de Superiorit. c.* 1. Johan. Gæddæ. *in Respons. Iuris. de Restitutione Baroniæ Vallendar, per discurs.* Sic Barones non minùs quàm Comites, Status Imperii adpellantur; utrinque in Imperii Matriculâ, ratione privilegii & Juris Austragarum, æquiparantur; ac Barones, unà cum Comitibus simul unâ in Comitiis Jus suffragii habent: ut Dn. Cluten. *in Syllog. th. 26. sub lit. I.* multis probat. addatur Beindorffius *apud Arumæu vol. 3. Discurs. 12. n. 42. & seqq.* Reinkingk. *l. 1. class. 4. c. 15. n. 26. & seqq.* In dignitate itè ac munere Judicis seu Præsidis Cameræ Imperialis, æquiparatur: caussæ Baronatũ concernentes, æquè ac aliæ superiorum Feudorũ, Imperatoris

Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 4. n. 37. &c.* Rutger. Ruland. *d. c. 6. miss. part. 2. lib. 5. cap. 4. n. 32.* Paurmeister. *2. c. 11. n. 32 &c.* Matth. Stephani *d. universd. lib. 2. part. 1. c. 6. nu. 122. &c.* Cluten *d. th. 26. Lit. I.* Wehner. *d. verb. signef. verb.* Freyherren. Fritzius apud *Arumæum discurs. d. Iur. publ. 16. conclus. 18. Lit. I.*

Sixtin. *d. c. 4. n. 37. &c.* Daniel Otho *dissert. d. Iure publ. c. 11. quæst. 2. f. 334.* Johã. Hensler. *in Colleg. Pol. disp. 2. th. 27.*

cognitioni reservantur, &c. Discrimen quidem inter eos tale est, ut inferiorem à Comitibus ordinem tueantur. Heigius *quæst. 2. num. 53. part. 1.* Sed & inter Duces alioſque Principes hæcce discrepantia est; quòd alii Comites Palatini, alji Duces, Principes quidam, nonnulli Landgravii vel Marchiones, aliisque diversis adpellationibus designentur; ac alii alios antecedant: & omnes tamen, quatenus Principes, ac Regalem obtinent dignitatem, æquiparantur. Ac sunt quoq; Barones non omnes immediatè, sed & magno numero mediatè Imperio subjecti: qui ordinationibus Principum ac Dominorum sub quibus degunt, quibusque subjecti sunt, utuntur. Et etiam inter mediatos, discrimen aliquibus in locis est inter Baronem titulatum, & Baroniam possidentem. *Henel. in descript. Silesiæ, fol. m. 69.*

CAPUT. V.

De Iure & Imperio Imperialium Civitatum, Dissertatio.

LIbertas Imperii Civitates promereri, ut earum parilis atque Statuum aliorum ratio habeatur; ut earum Imperium explicetur, atque à calumniantium insultibus protegatur: verba Aliciati, ICti præclarissimi *in l. censere. III. ff. de verb. signif.* pervincere queunt, cùm ait; Solam antiquam indolem retinuerunt in Germaniâ Civitates, quas „ illi Francas vocant. *Et addit:* Ut enim Imperatoris fastigium libenter „ agnoscunt; ita tributis se atteri, violentiâ urgeri, tyrannide opprimi „ non patiuntur. Quod & innuit gravissimus Historicus Franciscus „ Guicciardinus, cùm *lib. 7. histor. num. 7.* Liberas Germaniæ Civitates sic describit: Recognoscere eas quidem, pensionibus quibusdam certis & definitis Imperii auctoritatem; cæterum ipsas suis ferè moribus ac Magistratibus gubernari: neque tam studere territorio ampli„ ficando, quàm libertati suæ conservandæ. Et item Trajanus Boccali„ ni, acutissimus Politiarum censor, *cent. 2. ragguagl. 6.* solas in Germa„ niâ Civitates, eam liberæ Reipublicæ formam invenisse fatetur; quæ diuturnitate, etiam cum Monarchiâ certare queat: hocque tam olim Græcos, & Romanos, quam quoque Italos modernos latuisse.

2. Germanicum Statt, à Romanorum Stativis, quæ demum in Civitates & oppida mutata fuerunt, descendere videtur. videtract. singular. Joh. Heroldi, *de Romanor. in Rhæt. littoral stationibus*, ubi *cap. 9.* nostram Tubingam ex Caracallæ castris, ejusque ibi extructo Palatio

Palatio, ubi jus dixerit, ortam fuisse censet. Verùm originatio immunitatis, libertatisque Imperialium Civitatum, unà certè illis temporibus incepisse, iisdemque occasionibus adscribenda esse videtur; quibus Ducatus, Marchionatus, similesque dignitates successoriæ factæ sunt; & ita territorio Jurisdictio adnecti, Imperiique autocratici (der Landsfürstlichen Obrigkeit) fundamenta poni cœperunt. Id quod sequentibus verbis innuit Munsterus, *Cosmograph. lib. 3. c. 22. 24. & item. 28.* Quemadmodum, inquit, Imperatores, & Reges Germanico-Romani, Duces ac reliquos ordines: sic etiam antiquas Imperii Civitates, ex singulari clemétiâ ac liberalitate, immunitatibus donârunt; iisque Iurisdictionem, ac potissimam vectigalium partem, juriumque aliorum ad Fiscum pertinentium concesserunt. Quod & pluribus firmat Christophorus Lehman/ *lib.* 4. der Speyrischen Chronick/ *cap.* 1. qui quoque easdem sub Francis seu Carolinis, à Ducibus gubernatas, pleneque ac planè subditas fuisse probat. *dict. lib. c.* 2. Ac sanè quemadmodum non ita liberi olim fuerunt Duces, Marchiones, & omnes alii titulati Status, ac item quæ ipsis nunc omnibus, vigore der Lands Obrigkeit/ competere dicuntur; horum quamplurima quondam, non nisi privilegio singulari quibusdam concessa erãt; immunitasque & autocratia, latenter incrementa sumpsit: ita ut terminus à quo inceperit, ignoretur. Namque quod de Helvetiâ, Stumpffius attestatur, *lib.* 4. *cap.* 50. das bey Kayſ. Friderichs des anderen Zeitten/ über die Bischöff/ Ept/ Graffen/ Herrn/ vnd Edelknecht/ auch jhre Herrschafft/ die Röm. Kayser/ die Hohe obrigkeit behalten/ &c. id de plerisque locis aliis dici potest: licet forsan unus vel alter citius acquisiverit potentiam atque immunitatem. Hîcque etiam factum esse puto, quod Bodinus, *de Republ. lib. 2. cap. 6.* regulariter usu venire ait, cùm scribit: Quæ paulatim irrepere solent, vix unquam percipiuntur; nec nisi conversione secutâ sentiuntur. Quâ ratione & alia ferè infinita, in Imperio Germanico conspiciuntur, quorum certa origo planè ignoratur. Et sic in obscuro est initium septem Electorum; Regiæ item Legis, seu Capitulationis, in quam electi Imperatores jurant. Electio insuper ipsa, num inibi semper fuerit usitata? dubitant nonnulli; ac quandò cœperit, haud omninò pernoscere quimus: & omnia hæc, ac similia alia, gressu latente, tractuque temporis introducta fuisse, responderi solet. Atque ita pariter quoque, Imperium & Jurisdictio Regalis, Germanicis Civitatibus liberis, indies major accrevit: quod & placet Auctori Responsi Fridbergensis, *in puncto.* 2. *à princ.*

vid. Kyriandrũ *in Annal. Trevir. part.* 2.

3. Sed age rem hanc altiùs repetamus. In Republicâ Romanâ, Arnoldus

Arnoldus Engelbrecht *disquisit. de Iurisd. Imp. thes. 123. & aliquot seq.*

præter Urbem Romam, Municipia & Coloniæ erant; provincijs quibusdam, suæ leges singulari privilegio relinquebantur: quibusdam etiam immunitas à tributis concessa fuit: quo respectu liberæ dicebantur, nec tamen minùs populo Romano summa vis Imperij in omnes illæsa manebat; adeò ut provinciales, nec minùs Municipia, habuerint Præsides suos. Quod tum manifestè apparebat, cùm Imp. Antoninus, omnibus subjectis, Romanæ Civitatis Jus daret: manifestiùs autem ex eo, quòd omnes Civitates, exceptâ Româ, privatorum loco haberentur. *add. l. 1. C. de bon. vacant.* Neque aliud tum Civitatum supererat genus, quàm fœderatarum, & sociarum; quæ libertatem non amittebant, licet impari conditione in fœdus convenissent: quod optimè J. C. Proculus explicat *in l. 7. de capt. & postli. reverſ.* Indeque Civibus Romanis, eò exilij causâ abire licebat. Eâdem ferè ratione sub Carolo Magno, omnes ditiones in provinciæ formam redigebantur, illisque Episcopi & Comites, qui tàm rei Sacræ quàm Politicæ præessent, fuêre dati: ut ita omnes subditæ essent Imperatori; quanquàm alia duriorem, alia meliorem à victore obtinuerit quandoque conditionem. Nam & Carolus Magnus Saxoniæ toti, & item populis aliis, antiquis legibus vivere concedebat. Ac ita de Civitatum libertate, Sigon. *l. 7. de Regn. Ital.* scribit: quòd illarum libertas constiterit in eo; ut leges, consuetudines, Jurisdictionem, magistratus, vectigalia, sui fermè juris atque arbitrii haberent. Libertas itaque earum erat, non à subjectione; sed quòd ipsis beneficia majora, & privilegia ab Imperatore concessa fuerint eminentiora. Nam & Italiæ Civitates, sub Imperio Romano-Germanico erant: omnes etenim sacramentum Regibus dicebant. Et demum eædem, tempore Henrici IV. & Hildebrandi Papæ, ex illorum dissensionibus fundamenta uberioris jecerunt libertatis: donec tandem longo tempore pòst, magno precio, ab Imperatoribus totalem illàm (quam jactitant) acquisiverint exemptionem. Sicque si conjecturis uti licet, ferè est ut dicam; olim Civitates in Germaniâ Imperiales, diu ita subditas fuisse Imperatori, ut nunc Principibus aliis suæ Civitates Municipales. Primitùs etenim in iis Jurisdictionem, & Imperium præsertim merum, Imperatores per Præfectos Imperiales (vulgò die Reichsvögt appellatos) solebant explicare. Stumpff. *lib. 6. cap. 14. fol. 149, & cap. seq. in princ.* Ejusmodi Præfecti Civitatum, plerumque Comites vel Episcopi erant; Scheman *lib. 4. cap. 2. & lib. 2. cap. 18. ac 22.* qui ibi vicarium habebāt, quem Schultheissen indigitabant. De quo Simlerus *lib. 2. de Repub. Helvet.* notat; apparere ex legib. Longobardorum, quòd Schultheiß Judicem denotârit, qui de debitis pronunciabat,

Lidius *in gloſ verb. Schuldheſſohns.*

ciabat, pignora capiebat, & creditoribus satisfieri cogebat (undè & etymon vocis sit, à debito atque jubendo) non tamen habuisse plenam Jurisdictionem, sed Comitum potestati obnoxium fuisse. Et hinc sæpè das Schultheissen oder Statt-Ammans Ampt/ad vicinos Principes, oppignoratione concessionéve Imperatorum perveniebat. Sic Jurisdictio sive Advocatio Urbis Tigurinæ, Zæringiæ Ducibus, ab Henrico IV. Imperatore tradita fuit, teste Guilimanno. *3. d. reb. Helvet. cap. 5. fol.* 350. Stumpff. *6. cap. 15. fol.* 151. quæ postea ad Cives, à Wenceslao pervenit. Stumpff. *cap.* 19. *fol.* 160. Sic & Anno 1360. Eberhardus Würtenbergiæ Comes, viginti quatuor Sueviæ Imperialium Civitatũ, Patronus & Administrator, Regent vnd Schirmher; ab Imperatore Carolo IV. constitutus fuit. Crusius. *part. 3. lib. 5. c.* 4. Hortleder. *tom.* 1. *lib.* 3. *fol.* 616. Sic quoque Abbas S. Galli, sæpè adfectavit die Reichs Vogtey zu Sanct Gallen/quæ postea etiam civibus cessit. Stumpff. *lib. 5. cap. 6. fol.* 28. *a. & fol.* 29. *b. ut & cap.* 8. *fol.* 45. Et quoque die Reichs Vogthey, à subjectione censebatur separata. Ut von den Reichsthäler/oder Ländern/ idem Stumpffius tradit. *lib.* 4. *cap.* 32. *fol.* 327. Similiter ipsas Imperij Civitates, sæpiùs jure pignoris, alijs Magnatibus tradere solebant Imperatores; cujus rei ubivis Germanicarum rerum scriptores faciunt mentionem eaque occasione, adhùc hodiè in Noviomagum, Ingelheim, Oppenheim, Kaiserslautern/& alias quamplurimas Civitates liberas antè, seu Imperio immediatè subjectas, vicini Principes dominãtur. Munsterus, 3. *cap.* 24. Viennam quondam Civitatem fuisse Imperialem, testatur Lazius, *libr.* 2. *c.* 6. *in descript. Viennæ.* Erfordiam, habe auß aygnem nutzen ihr libertet verlohren/ assertat Fridericus III. Imperator, *in Reformat. suâ in declarat.* 4. *articuli* 3. Et ex hoc forsan evenit, quòd in antiquis Imperii matriculis, nonnullæ reperiuntur Civitates, quæ nunc provinciales reputantur: quodque vix certus numerus Imperialium Civitatum iniri potest. Beindorffius, *apud Arumæum. tom.* 3. *Discurs.* 13. *num* 16. Porrò quoque multa, ex proprio & autocratico jure, sibi asserunt hodiè Imperii Civitates, quæ certis olim privilegiis, & quibusdam tantummodò, ab Imperatoribus concessa fuêre. Vesontio, ut non ab Imperio separari queat, nec Vicarium admittere teneatur, ex privilegio Richardi Angli habet. Chiflet. *in descript. illius Vrbis part.* 1. *cap.* 54. Ac ita Wilhelmi, Ludovici IV. & Caroli IV. Imperatorum beneficio, privilegiati sunt Francofurtenses, daß sie nicht versetzt noch von dem Reich entäussert werden sollen. (quale quoque privilegium ejusdem Ludovici tempore prætendit Tigurum. Stumpff. *fol.* 155. *libr.* 6. *cap.* 17.) Reichardus & Ludovicus IV. be-

Franckfurter Privilegia, *uno fæculo ante paucos annos edita.*

freyen bemelte Statt Franckfort) kein Vestung in der Satt zubawen: idem Ludovicus IV. immunes eos facit von allen Kaißerlichen exactionen vnnd auffsagen. Non secus Anno 1257. Reichardus Romanorum Rex, in diplomate quodam, firmiter & simpliciter protestatur; quòd Civitatē Fridbergensem, Francofurtensem, Wetzlariensem, & Gilnhusensem, à se & Imperio nullatenus alienare, seu separare velit; sed eas immediatè sibi & Imperio, sit reservaturus. Et idem, anno eodem, alio in diplomate, enixè assertat, quòd Civibus Fridbergensibus legaliter promiserit; se intra muros Civitatis ipsius, nullam munitionem vel castrum aliquod constructurum esse. Sic & Ludovicus IV. de anno 1337. gratiosè Fridbergensibus concedit, das die Pfandtschafft der Statt Friedberg/ so von dem Reich geschehen/ nichtig sein solle.

Responsum Juris *in causa* der Statt Friedberg.

4. Hîc illa sese quæstio obviam fert; quid inter Civitates Imperij liberas, & Civitates simpliciter Imperiales interfit? vnder dē Reichsstätten/ vnnd denen so sich freye Reichsstätt nennen? Non enim semper, omniqúe tempore, eorum conditio parilis fuisse videtur. Constans multorū opinio est; simpliciter Imperiales Kayßerliche Reichsstätt, illas quondam dictas esse Civitates, quas Germaniæ Reges vel Cæsares condiderunt; & quæ Imperio statim ab initio addictæ fuerunt: ac in ejus rei testimonium, in ipsis plerunque insignium suorū scutis, vel aquilam integram, vel aliquid ex aquilâ habent. Hasque Urbes, Petrus de Andlo *lib. 1. cap. 16.* nominat Civitates insignes: ibiqúe adnotavit Marquardus Freherus, eas olim sub primis Franciæ Regibus, villas publicas fuisse dictas; veluti quæ Regni & Reipub. essent, non Principum, Comitum, Eccleſiarum. Liberas verò Imperiales Civitates (freye Reichsstätt) eas reputant indigitatas; quæ olim sub jugo fuerunt Episcoporum, vel aliorum, eâque potestate liberatæ, ultrò sese Juri Imperiali, sed cum quâdam reservatione subdiderunt: & eas ideò alijs ferè majori libertate, privilegiorumque uberiori gaudere censent immunitate. Ita Lubeca ad Schawenbergenses, Holsatiæque Comites primùm pertinebat: tum Henrico Leoni cessit: post ejusque proscriptionem ad Imperium pervenit. Henricus Bunting in der Braunschweigischen/ & Johannes Regkhmann/ in der Lübeckischen Chronick. Friburgum & Bernam, Berchtoldus Zeringæ Dux, liberis orbus, in manum Imperatoris, Imperijq; tradidit tutelam, ea conditione; ut ne unquàm ab eo avelli & separari, alterivè quàm Cæsari addici, manciparive possint. Guilliman. *libr. 6. Habspurgiac. fol. 250. & seq.* Ac quomodò Ulmenses, subditi olim Abbatis Divitis Ouuæ (zu Reichenaw) ac etiam Bebenhausani eâ se servitute liberârint, & Imperio fuerint aggregati, multis refert Felix Fabri, *libr. 2. rer. Suevicar. cap. 2. & 4.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [126] - 122

5. Nec etiam absonum est, quod alij dicunt; gradus Libertatis Civitatum ad Imperium pertinentium, ex eo provenire; quòd vel ab initio quædam [illegible]iori libertate donatæ, vel posteà temporis successu, privilegia mag[illegible]lustria promeruêre. Et sic Cives Colonienses, in formulâ homagiali, quâ Regi Romanorum semet devinciunt, Cives liberi vocitantur. Verba ita sonant; Dieſen Tag heut / vnd dieſen Tag all / vnd von dieſem Tage fort / hulden wir freye Burger von Cölln / vnſerm lieben Herrn / Herrn N. Römiſchen König / Getrew vnnd hold zuſein / Behaltniſſe vns / vnſern Weibern / vnnd vnſern Kindern / vnſer Statt von Cöllen / Recht vnd Burger Freyheit / Sonder argeliſt: ut habent Statuta & Concordata der H. Freyen Reichs Statt Cölln *fol. 5. & fol. ſeq.* Itidem in dem Huldungs Brieff Königs Sigiſmundi, eadē Civitas Nobilis indigitatur: Burgermeiſter vnd Rhat / vnd die Burger der Edlen Statt Cöllen. Mox ſubjunctum invenitur, das die vorgeſchribne Statt / vor andern Stätten in Teutſchen Landen Edler fundirt, vnd dieſelbe Statt / mit manniger Hande Freyheiten vnnd Ehre / baunen all manigfaltig gezeichnet ſeie. Quâ de re & Arnoldus Engelbrecht / *in diſquiſitione de Iurisdictione Imperii, theſ. 53. & ſeq.* ita ſcribit: Cùm Civitates omnes Imperatoribus ſubditæ eſſent, & ab illo Præſides datos haberent; factum eſt poſteà, ut Principibus & Ducibus cū territorio & univerſali ejus Jure inveſtitis, cum reliquâ totâ provinciâ & ditione, Civitates quoque unâ in ſubjectionem Principum tranſirent: niſi ſpeciatim ſibi & Imperio eas reſervarent Imperatores. Indè Imperiales, quòd ſolùm Imperium immediatè agnoſcant, & eo reſpectu etiam liberæ dicuntur. Hoc interim certum eſſe ſubdens, quòd inter Civitates Imperiales, nō quidem ratione ſubjectionis, quæ eadem & individua ſemper exiſtat; ſed reſpectu privilegiorum differentia reperiatur. Quâ eâdem ratione, provincialium non eandem eſſe rationem, rectè dici poſſit: cùm quædam majoribus privilegiis effulgeant; quibus vix ulli Imperialium Civitatum cedant; quædam minoribus ſint contentæ. Ab eâdem etiam opinione non abhorrere autumo Compilatorem Cameralium Deciſionū ſive præjudiciorum, *in verbo Civitas.* quem etiam ſequitur Ampliſſimus Rutger. Rulandus, *de Commiſſion. part. 2. libr. 5. cap. 4. ſub num. 41.* Verùm ita loquitur Compilator: Si differentia inter liberas & Imperiales Civitates ſubeſſe cenſeatur, ſemper pro eo habitum eſt; unam Civitatem Imperialem plus alterâ liberam eſſe: ita ut Cives à tributis vel jure migrationis ſint immunes. Sicque quasdam Civitates, ut Ullmam, Hailpronnam, Hallam Suevorum, Eſslingam, & alias ſimiles reperiri, cum quibus ante diſceſſum man ſich deß Abzugs halber

Vid. Matth. Stephani *d. Iurisdict. l. 2. part. 2. c. 1. nu. 82.* "Wehner. *d. V. ſignif.* "*Verb.* Freye "Reichs- "ſtätt. Paur: "*meiſt. d jurisdict. l. 2. c. ult. n. 25.*

» abſtinere mũſſe. Sed viciſſim illud in aliis Civitatibus in uſu non eſſe,
» ut Aquiſgrani, Argentinæ, Spiræ, Wormatiæ; proindè etiam eas, ſi-
» mul libera & Imperiales Civitates ſe nominare. Mox verò ſubijcit
» idem auctor: Audivi & aliam rationem, quòd plurimæ Civitates
» Imperij, teneantur Imperatori quotannis ad certam pecuniarũ ſum-
» mam, quaſi pro tributo, vel ſubſidio; aut aliam ſimilem in recogni-
» tionem: ſi non quotannis, tamen certis modis & conditionibus, pu-
» ta, quotieſcunque Imperator aliquam Civitatem tranſit, vel ingredi-
» tur; cujus ratione & intuitu non ſunt liberæ, ſed merè & propriè
» Imperiales. Veras ergò & genuinas cauſas differentiæ hujus, ſibi vi-
deri concludit; quòd propriè & per excellentiã liberæ Civitates ſint, & ita ſoleant nominari, quæ ſingularia & inſignia privilegia à Cæſar: Majeſt. antiquitùs impetrata & cõceſſa, aut ejus probatas habeãt cauſas: quòd nempè à communibus Imperij collectis exemptæ ſint atque liberatæ.

6. At verò ut certum habetur, liberas Imperij Civitates, liberiores extitiſſe alijs ſimpliciter Imperialibus dictis: ita illud controvertitur ſolùm, undè liberior immunitas illâ deſcendat, quâvé occaſione, ſumpſerit anſam atque originationem? Et ſi cui id quod ſuprà *num.* 4. relatum à me fuit, ſatisfaciat minùs: ei ſuggero & aliam à Beato Rhenano *lib. 2. Rer. Germanic. tit. Germanicum Regnum, mihi folio* 129. proditam rationem (cui etiam Kyriander *in Annal. Trevirorum part.* 13. aſtipulari videtur & quoque Chifletius, *part. 1. cap.* 51. Veteres civium Veſontinenſium tabulas, conſentire ait) Agit ibi Rhe-
» nanus, de Imperij à Franco-Gallis in Germanos translatione, & ita
» ſcribit: Quùm hæc fieri viderent, Civitates quædam in Gallijs quæ
» non ſerviebant, ſed tantùm certis conditionibus agnoſcebant Fran-
» cos; de quarum numero præcipua fuit Arelas, cum circumjacenti-
» bus oppidis, Geneva ad Lacum Lemannum, in Sequanis Veſontio,
» Tullum in Leucis, in Nervijs Tornacum, & ſimiles, &c. ad Germa-
» nicum Imperium reſpicere cœperunt, ſic ſuæ libertatis compotes per-
» manſuræ. Nam compluſculæ Civitates Romanis Præfectis uſæ, Vi-
» ſogotthis & Burgundionibus pertinaciſſimè reſtiterunt; ut boni cõ-
» ſulerent Barbari, quòd certis pactis & fœderibus eas obnoxias habe-
» rent. Sic & Peucerus, in Chron. *lib.* 5. dicit, Imperiales Civitates
» immunitatibus inter ſeſe diſſimiles eſſe, eò quòd veteri Romano more aliæ municipiorum, aliæ ſociarum Civitatum gaudeant jure. Sed nec improbabile eſſe videtur, quod alij pertendunt; Imperatores Regesque Germanico-Romanos, eas ab initio Civitates pro liberis ſimul & Imperialibus agnoviſſe, quæ jam ſub Imperio Francorũ

Chriſtoph. Lehman *l. 4 cap. 3. 4. & 6.*

faciem

faciem jusque Civitatis habuerunt, Imperioque paruerunt. Et quæ posteà ab Imperatorum officialium, Ducum nempè, Comitum, similiumvè Jurisdictione & administratione liberatæ fuerunt. Id quod indicare ajunt Dithmarum (fidum rerum Germanicarum scriptorē) qui *lib. 5.* de exemptione Wormatiensi:

Vrbs VVormacensis gaudet temporibus istis
Libertate sua; cujus manebat in umbra
Hactenus. atque Ducum fuerat sub lege suorum.
Burchard Antistes lætatur, & inter Heriles
Ex animo Proceres, quòd non timet amplius hostes.

Ferè autem, quod tunc Imperatores secularibus Magistratibus ademerunt, Episcopis tradiderunt. Ita Colonienses Moguntiniquè Archipræsules, ut & Episcopi Spirenses, aliique complures, in Civitates à Ducibus antè vel Comitibus gubernatas, Imperium Jurisdictionemque vel omnem, vel in casibus saltem quibusdam acquisiverunt: quod & testatur Theodoric⁹ de Niem *fol.* 811. ubi de Otthone I. ait: Penè omnibus Cathedralibus Ecclesiis in Italiâ, Galliâ, Germaniâ, Burgundiâ & Lotharingiâ constitutis, multas Civitates, castra, oppida, villas, & multa alia dominia temporalia & Jurisdictiones donavit, & omnibus illis Ecclesiis propria insignia perpetuò deputavit. Archiepiscopos quoque & Episcopos Ducatibus, Comitatibus & Baroniis communivit; quibus nobiles & potentes vasallos subjecit, ut semper essent ad resistendum, & manu forti paganis & hæreticis in oportuno tempore fortiores. Sic & Sigonius *lib. 7. de Regno Italiæ* scribit: Ecclesiasticorum honorum amplitudo erat maxuma tempore Ottonum, præsertim verò Episcoporum; quorum & reverentia summa, & Jus in Civitatibus semper amplissimum fuit: Episcopis verò Abbates proximi incesserunt. Hâcque item respicere videtur id quod in literis pacis Constantiensis habetur: In Civitate illâ, in quâ Episcopus privilegio Imperatoris aut Regis Comitatum habet; si consules per ipsum Episcopum consulatum recipere solent, ab ipso recipiant, sicut consueverunt accipere; alioqui unaquæque Civitas Civitatis recipiat consulatum. Attamen hodiè inter liberas & simpliciter Imperiales Civitates, sivè ab initio liberæ relictæ, seu posteà immunitate dotatæ sint; quò ad immediatam subjectionem nihil interest: sed omnes jure parili cēsentur. In Imperii etenim Constitutionibus, catalogoq; Statuum iis adnexo, ac in matriculâ Imperii, per copulam (&) utræque conjunguntur, ac Freye vnd Reichs Stätte simul omnes indistinctè vocantur: nec in enumeratione etiam earum ibi innuitur, quæ liberæ tantùm, vel Imperiales simul appellitentur. Sixtinus *de Regal.*

Vid. Kyrian. *in Annal. Trevveror. part. ult. fol 285. & seqq.*

lib. 1. cap. 4. num. 78. Paurmeist. *lib. 2. cap. ult. num.* 24. Knichen, *in velitat. Apologet. n.* 125. Reinkingk, *lib. 1. class. 4. c. 20. n.* 36. Nec per Præfectos ampliùs Cæsareos, sed per ipsos Cives, ac Magistratus à se constitutos, Jurisdictio omnimoda, & reliqua eis unâ omnibus concessa potestas, explicatur. Qui etiam Cæsari & Imperio, ad reddendas rationes, Justitiæ tantùm administratione exceptâ, haud obnoxii censentur. *Responsum Academiæ Ingolstadiensis Tomi. 5. Consil. varior. German. ICC. Consil. 24. quæst. 23. num. 185. & mult. seqq.* Paurmeister, *libr. 2. de jurisdict. cap. ult. sub. num. 72. fol.* 932. Adde quæ habeo ego, *libr. 1. politicor. cap. ult. num. 63. vers.* 2. Quamvis homagium (pariter ut juramentum fidelitatis Principes aliique titulati Status) Imperatori præstare teneantur. Adeò, ut nec liberam Argentinam ab eâ subjectionis notâ, eximere velit Clarissimus Dn. Johannes Bruningh, Amicus meus, *in Dissertat. de homag. num* 352.

ſtatt. nobil. cap. 1. *num.* 57. *&c.* Denominatio verò Junckhern; primũ Ducum Principum, Comitumq; filiis, natu minoribus tribuebatur. Sicq; ex Epitaphio quodã vetuſto, Reineccius, *dict. loco* refert: Der Edle/ Wolgeborne Junckher Junckhern Bernhard / Edler Herr zu der Lippe/ ꝛc. vid. Joſiam Nolden, *dict. tract. cap.* 1. *num.* 25. Idqúe nomen (quemadmodùm virtute degenerante, titulorum plerumque arrogantia creſcit) Nobiles demùm ſibi adtribuerunt: & tamen ab eodem, nonnullis jam in locis incipiunt abhorrere. Dicti autem fuêre *Frilingi*, ſeu liberi; qui Nobilibus non fuêre ſubjecti; ſed jure ſuo, ut nunc Oppidani, vivebant. Acconſtat, Vicos Germanis priſcis, Burg fuiſſe dictos, *Mart Lydius, in Gloſſ. verb. Burgus. add. Paul. Oroſium, lib. 7. cap.* 32. undè & hodiè adhuc, Franco-Gallicè *Bourgades* indigitantur: & ex eo eoſdem Frilingos, Burgariorum (Burger) adpellationẽ accepiſſe, nemini dubium eſſe poteſt. vid. in Codice Theodoſiano *titul. de Burgariis.* Et ita quod ex Cæſare, *ſuprà num.* 1. de Gallis relatum fuit; Plebem ſervorum haberi loco: id non omninò pertinet ad Germaniam noſtram; inibi namque Frilingi, ſemper honore longè meliori fuerunt adfecti. Quod vel unico Taciti teſtimonio probari poteſt; qui *in libell. d. Germ* Principibus (Jura per pagos, vicoſque reddentibus) non ſolùm Comites ex plebe adjungit; ſed & ijſdem conſilium ſimul tribuit & auctoritatem: ac id etiam ratio Democratiæ, quam Germani olim amabant, requirebat; & viciſſim Oligarchia, cui tum Galli erant addicti, reſpuebat.

4. At verò quòd Heigius, *lib.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 61. *& ſeq.* tradidit: Nobiles nunc adpellari, quorum majores ingenuam, illibatamque ſervarunt nativitatem, & ſervitutem non ſervierunt: id non ita accipere poſſum, ac ſi Liberi, ſivè Frilingi omnes, Nobiles fuerint indigitati. Plurimos namque olim officium nobilitavit; & nempè ex Miniſterialibus Ducum, Comitum, aliorumque Magnatum, Nobiles facti fuerunt, numero perquàm multi: qui gentilitiam poſteà Nobilitatem, ad poſteros propagaverunt. Hincque nomina multorum officiorum, adhûc uſurpant familiæ nonnullæ: ut putà Truchſäß/ Schenck/ Mayer/ Marſchalck/ Keller/ ꝛc. Et fuit ſanè Domeſticus dignitas quædam, ſub primâ & ſecundâ familiâ Galliæ Regum: quod planè docet Hieronymus Bignonius, *in notis ad veteres formulas, fol. mihi* 380. Infinita itidem eſt eorum multitudo, imò omnes propè Nobiles noſtrates, à Caſtellis denominantur: ita ut credi poſſit, majores eorum antiquiſſimo tempore, vel Romanorum vel Francorum milites præſidiarios extitiſſe; qui Caſtris Burgiſque ſuis, vel loco vel arte munitis habitârunt, & provincias bello acquiſitas, aut gubernârunt,

Johann. Stumpff/ *lib.* 4. *Hiſt Helvet. c.* 19. *fol.* 290. *b*

De Nobilitate Germanicâ, vid. Jo. Stumpffium *lib.* 4. *c.* 19. Sebaſt Müſter. libr. 3. *Coſmégraphia cap.* 21. *& 28.* Chriſtoff Lehman *lib.* 2. *c.* 19. Bernh. Hertzog, in der Elſaſſiſchen Chronick. *lib.* 6. *c.* 1. de Nobilitate Batavica, conſule Hadrianum Juni ũ *in Batavia, cap.* 19.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [167] - 163

aut contra hostes & veteres colonos defenderunt. *argum. L. 2. §. 4. C. de offic. Præfecti Prætor. Africæ.* Et pertinet tandem hûc, quod in Capitulari Caroli *M. lib 3. cap. 73.* mentio fit Vassorum Dominicorum, in Palatio servientium. Quodque in capitulis Synodi Dingulovensis in Bavariâ, sancitur: Nobilis tamdiu Equestris ordinis censeatur, quâdiu beneficia & prædia, Principis Regnique possidet; quamdiu Principi suo fidem servârit, & utilis Reipublicæ fuerit, &c. Regulariter verò nemo nascitur Eques: sed creatur vel ab ipso Rege, vel Regis exercitu Præfecto, idque aut ob bellicam virtutem, aut prudentiam. Flexis enim genibus, educto gladio leviter in humero percutitur, Princepsque his verbis Gallicè affatur: *Sois chevalier au nom de Dieu.* Quæ forma Equitis creandi in Anglia, Saxo nicotempore, his verbis,

Christoph Lehman. *lib. 2. c. 14.*

„ qui tum vixit, ostendit Ignulphus: Qui militiæ legitimæ consecrandus esset, vespere præcedente, aut Episcopum, Abbatem, Monachũ, vel Sacerdotem contritus de peccatis confessionem faceret, & absolutus, orationibus deditus in Ecclesia pernoctaret, in crastinum rem sacram auditurus, gladium super altare offerret, & post Evangelium, Sacerdos benedictum gladium militis collo cum benedictione imponeret; & communicatus Sacris Christi Mysteriis denuo legitimus miles permaneret, Nec omninò sub Normannis inibi exolevit: scribit enim in polycratico Johannes Sarisberiensis, inolevit consuetudo solennis, ut eâ ipsâ die quâ quisque militari cingulo decoratur, Ecclesiam solenniter adeat, gladioque super altare posito, & oblato, quasi celebri professione factâ, seipsum obsequio altaris devoveat; & gladii, id est, officii sui jugem Domino spondeat famulatum. Tunc enim ad ornamentum præter gladium, cingulum & calcaria aurata accesserant, vndè Milites & Equites aurati hodie vocantur. Nec dubito, quin hic mos à vetustissimis Germanis descenderit: apud quos, authore Tacito, primus honor juventæ, scuto frameaque à Principe ornari: antè enim domus pars videbantur, sed jam Reipublicæ. Hùc refero,

Dn. Cluten. *in Syllog. th 26. sub lit. K.*

quod de Equitibus Glossa Juris Saxonici, *lib. 1. artic. 20. in princip.* scribit: Ain Ritter soll schweren einen Aydt/ daß er den Todt nicht förchten wölle/ zubeschirmen Witwen vnd Wayssen/ vnd da es sich zu beschirmen gebühret.

Caspar Ziegler *in addit. ad practicas concluss. Calvoli.* § Schrifftsässin & Amptsessin.

5. Nobiles, si hodiernum Imperii Romano-Germanici statum respiciamus; quidam Imperio directè parent, alii Principibus & ordinibus consimilibus subjiciuntur. Et inter hosce secundùm varias cõsuetudines regionum, differentiæ quoque variæ existunt Sicque in Electoratu & item in Saxonia Ducatu, alii obediunt Principi immediatè; quos Cantzley-sivè Schrifftsässer vocant: quibus utpotè imperitat

stat vel ipse Princeps, vel Consiliarii ejusdem loco. Alii mediatè subjecti existunt, & Amptsässen indigitantur: quia Toparchis, Præfectis seu Quæstoribus, quos illi Schösser adpellant, subjiciuntur; & coram iis convenire queunt. Liberi è contra Nobiles ii censentur, qui nulli Statui; sed immediatè Imperio sunt subjecti. Die freye vom Adel/ die freye Ritterschafft: Welche ohne Mittel der Kayserlichen Majestät/ vnd dem Reich vnderworffen. *Recessus Imperii Augustan. de Anno* 1555. §. Vnd in solchem Friden. *Ord. Cameral. part.* 2. *tit.* 5. ibi: Edelmann/ oder andern des Adels/ der oder die dem Reich ohne Mittel vnderworffen/ &c. Et hi quamvis à Principibus, aliisque Statibus Imperii habeant Feuda; coram iis tamen, non comparere solent, nisi causarum feudalium ratione: in cæteris, Judices alios singulares habent; putà vel Imperialia Dicasteria, vel Austragarum. Illi (qui communi ferè nomine, Landsässen adpellantur) indifferenter omnibus in causis, etiam non feudalibus, coram Domino (vor jhrem Landsfürsten) comparere tenentur. Liberi porro Nobiles, à loco, ubi degunt, in tres Classes distribuuntur; Franconiam, Suevicam, & Rhenanam. *Recessus Imperii Aug. de Anno* 1500. Was man mit den Ritterschafften zu Francken/ Schwaben/ vnd Rheinlanden handlen solle. *Recessus item Imperii Spirensis. de Anno*, 542. §. Demnach haben wir auff der Churfürsten/ Stände/ &c. Equites v. Franconiæ, rursus in sex loca communiter dividuntur. 1. Odenwald. 2. Steiger Wald. 3. Gebürg. 4. Altemühl. 5. die Buchen oder Baunach. 6. Die Köhn vnd Wähm. Suevi, in quinque quaterniones separantur; in fünff Quartier oder Viertel. 1/ Hegöw/ Bodensee/ vnd Algöw. 2. An der Donaw. 3. Am Kocher. 4. Am Schwartzwald/ oder Necker. 5. Im Krächgöw. Sed nec omnes iis in locis, nobili licet genere prognati, Liberi Nobiles (per omnia) freye Reichs vom Adel; sed ii tantummodò tales reputantur; nullum qui Statum pro Domino & Magistratu, agnoscunt, nobiliaque & libera sua prædia habent, eoque nomine Imperatori, Imperioque soli parent. *Ioh. Bidenbach, in Nobilib. quæstionib. quæst.* 1. *num.* 7. nec alibi, quàm in Gemeine der Ritterschafft/ Kasten aliquid contribuere solent. *Symphorema Supplicat. 1. tit.* 4. *fol.* 299. Et ita Nobilium privilegia atque immunitates, duplices existere: & nempe Reales, atque Personales esse, dicere forsan licet. Reales; castris, pagis & ita rei adnexæ, Territorium liberum (das frey Adeliche Gut) subsequuntur, ejusque possessores (ni fallor) quoscunque. Personalia, cum Regalibus si non concurrant, haut ita conspicua esse videntur. Ac sanè Nobiles, si sint incolæ Civitatum, oppidorum, vel alia non immunia possideant bona, ut plurimum Jurisdictionem atque onera, quibus non singulari

pacto exempti sunt, coguntur pati. *arg. traditor à Dn. Bidenbach. quæst.* 18. *& seq.* (Quæ tamen ad personalia onera non sunt extendenda: nãque personæ ratione, nihilominus Imperatori sunt immediatè subjecti. Reinking. *lib.* 1. *class.* 5. *cap.* 10. *num.* 26.) Et pariter, nova ipsis Feuda, rarò sine onere subjectionis, vel Regalium & meri Imperii reservatione conceduntur. Nec item jus incolatus, nisi sub conditionibus certis, multuplicique libertatis restrictione subnexâ, iis concedi solet. (Aliquandò Domos immunes habent, Freye hauser/ in Stätten vñ Flecke/ attamen Jurisdictione carétes) Imò multis in locis, subditi, & Oppida provincialia, hoc se jus habere jactant; ut nec Domini, ipsis invitis, Nobilibus incolatum concedere possint. Sic cùm olim in Civitatibus Imperii Nobiles habitare nollent, nec etiam semper in Aulis pateret ipsis locus; effectum hinc esse conjectura ducor, ut in Castris, pagisque, numerosa sæpè soboles, magnaque multitudo Nobilium inveniretur: hocque forsan originem & occasionem dedit der Ganerbenhäusser. Et tandem, Nobiles liberos immediatosque, in Frãconiâ tantummodò, Sueviâ & tractu Rhenano, inveniri posse videtur. Et nescio num nos fallat Bernardus Hertzog, qui *lib.* 6. *cap.* 2. *&* 3. der Elsässischen Chronick/ in Alsatia quoque Nobiles immediatè Imperium recognoscentes, inveniri prodit. vid. Nolden, *cap.* 17. *num.* 21. Et liberi quoque, Imperatoriq; immediatè subjecti in tribus illis provinciis Nobiles sunt; licèt habeant ab aliis feuda. Nolden. *dict. cap.* 17. *num.* 44. *&c.*

6. Historica hîc, sed non inelegans dubitatio insurgit; Undè & quâ occasione, Suevica atque Franconica, unâ cum Rhenanâ Wederavicâque Nobilitate, hanc suã obtineant Libertatem: seu, cur iis tãtummodò in locis, ordo Equestris immediatè subsit Imperatori; alibi verò Principes & Dominos territoriorum ita agnoscat, ut loco subditorum, planè pleneque habeatur? Sanè iis adstipulari non possum qui censent; omnes olim Nobiles, omnium in Germaniâ locorum, Imperatorẽ immediatè, non Principes, alioquè Magnates, pro Domino, superioreq; recognovisse. Ac quoq; memoriâ nostrorũ patrũ, turbulenti quidam novatores, quorum caput Guilhelmus Grumbachius erat, id moliebantur; ut Equestris ordo universus, excusso Principum Imperio, in libertatem vindicaretur, solique subjiceretur Imperatori: ut testatur Aug. Thuanus, *hist. sui temp. libr.* 39. Sed ut hoc caruit successu; ita etiam (meo quidẽ judicio) factum fuisset novissimo exemplo. Quippe nam omnes olim Nobiles, Principibus suis paruisse, verosimile mihi est. Fuerunt etenim, ut jam deduxi suprà, *num.* 4. nil olim nisi homines ex ingenuis præcipui, Episcoporum, Ducum, &c.

Mini

Miniſteriales; & ita inferiores vaſalli. Et etiam quondam à Rege; Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, majoreſve Valvaſores: à Capitaneis verò ſimilibuſvè, à Principe inveſtitis, Valvaſores minores; ab his minimi, ſeu Valvaſini inveſtiebantur. Quod paſſim jus Feudale prodit: *& præſertim titul. quis dicatur Dux, &c. lib. 2. Feud. ubi Gothofred.* Certè Duces, Marchiones, Comites, &c. nõ ſervis ſolùm & hominibus libertinæ conditionis Burgariisq;; ſed quoque Nobilibus, ſuiſque Vaſallis jugiter imperitârunt. Et ſic quoque Sueviæ Ducibus, dum iſti fuerunt, dum Suevicus Ducatus, unius corporis nomẽ mereretur, Nobiles pariter (Ducibus illis) fuiſſe ſubjectos, planè habeo perſuaſum. At verò incluto illo Ducatu, Penthei inſtar, in plurima diſcerpto membra; Ducatus ipſe, unâ cum ordine Equeſtri, Imperio acceſſit, nec ulli alteri poſteà, ex integro datus fuit (quamvis ejuſdem titulum, ad filium ſuum tranſtulerit Rodolphus Habſpurgenſis) ex eoque Suevica Nobilitas, Libertatem, & immediatã illam ſubjectionem acquiſiviſſe videtur. Quam meam conjecturam etiam probat Joſias Nolden, *cap. 17. num. 22. &c.*

7. Sueviæ quidem Ducatum, ab Heinrico IV. Friderico Hohenſtauffenſi conceſſum; rurſus à Friderico II. Imperatore, Imperio unitum fuiſſe, ſunt qui dicant: ideoq; Cunradino, ultimo Sueviæ Dynaſtæ, circa Annum 1262. cùm titulum Sueviæ Ducis uſurpaſſet, contradictum fuiſſe ajunt. *videatur Dn. Cruſius, Annal. Suevic. part. 3. libr. 1. cap. 2. fol. 7.* Quò fortaſſis alludit Richardus Anglus, Rex Romanorum, in diplomate, quo Tigurinos contra Cunradinum defendit, cùm (referente eodem Cruſio, *part. 3. libr. 2. cap. 15. fol.* 103.) ita reſcribit. Fideli relatione pervenit ad Serenitãtis noſtræ auditum; Quòd Cunradinus, olim Cunradi Regis filius, *qui ſe Ducem Sueviæ nominat*: eâ non contentus injuriâ; *quòd in vanum ſibi gloriam alienam uſurpat*; inſuper etiam in Cives noſtros Thuricenſes, in noſtro & Imperii noſtri gremio ſpeciali collocatos; nec ad Ducatum eundem, ſed ad Imperium (prout ſtabilivit antiquitas, & modernitas adprobavit) immediatè ſpectantes; tanquàm ſubeſſent memorato Ducatui, proſcriptionis de facto, cùm nullo penitus jure poſſet, ſententiam promulgavit, &c. Aſt hoc aliis vix veroſimile videtur; Fridericum 2. Principem prudentem, patrimonium ſuum, cùm liberis non careret, Imperio reddidiſſe. Cùm præſertim conſtet, filios ac nepotes ejuſdem, illo titulo fuiſſe uſos. Inſuper Sueviæ Nobiles, Ducibus olim illis paruiſſe; argumento etiam mihi ſunt Judicia provincialia, vulgò die Landgericht in Schwaben/ adpellata; Sueviæ quondam Ducum, pòſt ad Imperium translata, ab eoque Auſtriacis oppigno-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1. Stück 2, [171] - 167

rata: quæ antiquam illam subjectionem, ex parte redolere videntur. Quin & Civitates nonnullæ, liberæ nunc, Sueviæ olim Ducibus parebant; & ita Augustani, libertatem suam à Cunradino habent. *Crusius part. 3. lib. 2. cap. 27. fol. 111.* Sic ergò Equestris Suevicus ordo, Anno 1269. ad Imperium pervenit: quo unâ cum Cunradino, Illustrissimum Sueviæ Ducum genus; & potentissimus item Ducatus, sinistro simul unâ corruerunt fato.

Videatur Andr. Knichen. *tr. d. Superiorit. c. 4. n. 243. & segq.*

8. Franconiæ Nobilitatis libertatem, parili planè adscribo occasioni. Franconia namque olim habuit Duces, quorum similiter jus Imperio adcrevit. Licet quippè Bruschius, *in tr. de Episcopatibus* scribat: jam Anno 749. à Pipino & Carolo Magno, Episcopatui Würtzeburgensi, sive Herpipolitano (Wurtz enim herba est) Orientalis Franconiæ Ducatum fuisse adnexum; & hinc quoties Episcopus Herpipolensis ad aram sacra facit, semper gladium nudum juxtà se positum habere: quo Ostro-Franciæ Ducatus, ad plenum jus vitæ necisque innuatur. Inde etiam Episcopi Sigillo seculari incisum esse:

Herbipolis sola, judicat ense & stola.

Ac consentit Spangenberger in Bonifacio, ubi dicit, constitutos fuisse Episcopis Officiales, Camerarios &c. Comites omnes, *cap. 50 fol. 103. b.* Attamen post Carolum Magnum, Franconiæ seculares fuisse Duces, nemo, nisi qui historias, nescire potest. Nec unquam plenarium Franconici Ducatus jus; sed (ut ad Austriacos Sueviæ) nomen & inscriptionem tantummodò Ducis pervenisse, probabile omninò est Quin & Brandenburgici Marchiones, Episcopos Wurtzeburgicos, Duces Franconiæ non salutant: & ut hoc jus interpellaretur, Godefridus quoque ex Pincernarum de Limburg generosissimâ familiâ, in publicis litteris sese Francorum Ducem scripsit, Monetisque exprimi curavit. Memoriæ etiam proditum invenimus, Franconiæ Ducatum, Episcopo Herbipolitano, ab Henrico IV. Imperat. ademptum, & Cunrado Hohenstauffensi, sororis suæ filio, fuisse commissum. *Crusius part. 2. lib. 9 cap 6. fol. 322. & cap. 10. fol. 334.* Sicque Cunradus Barbarossæ frater; Ducem Sueviæ, Franconiæ, & Palatinum Rheni, semet nominavit. Sic & de Barbarossæ filio Guntherus, *libro 1. Ligurini.*

Vide omninò die Wertheimische Acta, *cap. 1. & cap. 3. fol. 59.*

——— *Francona rura.*
Herbipolinque regis. ———

Licet quidam dicant, ipsos Sueviæ Duces, Franconiam Episcopo restituisse. *Crusius part. 2. libr. 9. cap. 14. fol. 352. & lib. 11. cap. 6. fol. 454.* Tractus tandem Rhenanus, præter Sueviæ Duces; nullos alios certos Dominos, qui concluſum (quod vocant) habuerint territorium, agnovisse

gnoviſſe videtur. Et ibi Sereniſſimorum Palatinorum Electorum dominatus, ex variis contractibus, hereditatibuſque ſuccrevit: quod Freherus in Originibus, non uno loco, docet. Viciſſim in utraque Bavariâ, Saxoniâ, aliiſque in locis, ubi ex familiis priſcis ſucceſſores ſuperſunt; ibi ſemper & adhûc uſque tempus, Nobiles mediatè Imperio ſubjecti fuerunt. Eſt quidem Haſſia ex multis Comitatibus unus Ducatus factus: Reinking. *libr.* 1. *claſſ.* 4. *cap* 17. *num.* 70. Sed inibi tamen Nobiles Landtſaſſij ſunt: namque Comitatus illi antea hoc jure gaudebant.

9. At verò maxumè ut controverſum eſt; an Liberæ in Germania Civitates, ſuam in Civitatem & diſtrictum, Territorii atque Superioritatis ἀξίωμα, ſeu Imperium Regale, aſſerere ſibi poſſint? ita de Nobilibus Liberis (von der freyen Reichs Ritterſchafft) eâdem illâ nũ poteſtate fruantur? dubitatio eſt multò major. Hanc quidem ego litem nolo facere meam; ac etiamſi vellem, nunc id non poſſem, deſtitutus eâ inſtructione, factique informatione, quam (ut puto) ſolùm Archiva; non autem hiſtoriæ, aut Interpretes Juris ſuggerere poſſunt. Sed tamen, exercitii cauſsâ, eâ de re, utramque in partem quid dici queat, diſpicere lubet. Et nempè ij, qui nimiam hanc Nobilium libertatem in dubium vocant, ita argumentantur. Dignitatem quam ex Nobilitate habent, non ut in Principibus, Comitibus, Baronibus, &c. Regalem eſſe, ajunt: undè eoſdem haut Imperij Statibus adnumerari cenſent. Et nominatim quoque Joh. Gæddæus, *in Reſponſo de Baronia Vallendar. num.* 370. ita ſcribit: Nobiles Rhenani, tantùm ex eo hâc libertate gaudere geſtiunt; quòd certa quædam ſunt caſtra Imperij libera, quibus aſſignati, quorumque Municipes ſunt facti, ſeu Ganerben & Burgmanne. Quæ caſtra cùm territoriali Jure, Imperatores & Reges Romani, exemerunt; tum & Regali quadam dignitate muniverunt. Atque ita ſingulorum Nobilium caſtra, non gaudent propriè territoriali jure; niſi fortè ex conſequenti. Undè etiam titulata non ſunt, & eorum tantùm Vogtsherren dicebantur: ut & ex opinione nonnullorum, Imperium merum (den Blutban) non habent, niſi ex feudali Imperatoris conceſſione, &c. Non iis competere putatur jus, ſuos ſubditos collectandi; non habent vini acciſas, das Umbgelt: niſi ſingulari id impetrent decreto. Sicque Anno 1559. Nobiles de Graneck/id vectigalis, ut in pago Lackendorff ipſis exigere liceret, Cæſaream ſollicitaverunt Majeſtatem. Sed id eis primò denegatum; & per Commiſſarios, animus incolarum hâc de re qui ſiet exploratus: quo demùm cognito, petitis potiti fuerunt. Ex quibus & ſimilibus aliis, multi concludere audent: ſummam il-

Sixtinus, *d. Regal. lib* 1. *c.* 4. *n.* 92. & *ſeqq* Dn. Rutger. Ruland. *d. Com. miſſion. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 48. & *ſeqq.* Cluten. *Syllog. th.* 26. *lit. K.* Nolden, *cap.* 17. *num.* 47. *&c.*

lam jurisdictionem, quam Superioritatem vulgò vocant, quamq; Statibus aliis, & præsertim Principibus competere certum est; Nobilibus, etiam immediatis denegatam, eamque adhuc penes Imperatorē residere. Alii item Principibus vicinis, multa Regalia Jura, in Pagos & Castra Nobilium adscribere non verentur.

10. At vicissim, eò inclinant nonnulli; ut illos regulariter, non minorem quàm cæteros Imperii Status, Jurisdictionis potestatisque in liberis suis castris, pagis, aliisque similibus bonis, eminentiam habere putent: ita ut non solùm liberi existant ab onere territorialis Jurisdictionis Principum, Statuumque aliorum, quorum in ditionibus castra, pagosque suos habent; sed & ipsi Imperatori, inibi non plùs competat juris, quàm in territoriis Ordinum reliquorum. Sicq; nominatim Johannes Bidenbachius, in Nobilib. quæstionibus, *quæst. 1. num 11. &c* Nobilibus, ut vocant, immediatis, Jurisdictionem itidem territorialem assignat; qualitate & specie cum ea parem, quam habent cæteri Status: adeò ut summum Imperium in Principe, sit Landsfürstlich/ in Comite Gräfflich/ in Civitate Stättisch: in Nobilibus verò immediatis, Adeliche Obrigkeit. Sic & Gailius 2. *observat. 62. num. 3.* notat: oppida & castra Nobilium in Schwaben/ Francken vnd am Rhein eodem privilegio fruisci, quo liberæ in Imperio Civitates. Et robur capit opinio hæcce, auß der freyen Reichs Ritterschafft vnd Adels/ dero fünff Theil im Land zu Schwaben/ von Kayser Ferdinand/ *in Anno 1561. confirmirter* Ordnung. Ubi sequentia habentur
» verba: Das die Freyen Reichs Ritterliche Adels Personen/ allein vnd
» ohn alles Mittel Ihr Majest. vnderworffen/ vnd verspröchig: Auch sonst
» aller Hoher vnd Niderer Reichsständ vnnd Kreysen obligen/ Bürden/
» Lasts/ Beschwerden/ Aufflag/ Gebiet/ Satzung/ Ordnung/ Abschied/ Ju-
» risdiction vnd Dienstbarkeit/ keine außgenommen/ gäntzlich exempt vñ
» befreyt. Denselben nichts anders/ dann so viel jhrer etlich/ von sondern
» bekandter Lehenstuck/ frey willig angenommner Diensten/ vnd eins theils
» conditionirter Gerichtsbarkeit wegen verpflicht/ vnnd welche ein solch
» offenbahre/ gewisse vnd wohlverurkundte Maaß haben/ das die/ berierten
» Adelichen Exceptionen/ Freyheiten/ Herrligkeiten vnd Rechten nichts
» entziehen mögen/ &c. Et item paulo pòst affirmatur: Omnia hæc, Imperatorum Regumque Romanorum privilegiis, sæpiùs confirmata roborataque esse. Et subjungitur item: Wiewol auch von altem her-
» kommen/ vnd mit dero halb an gerichten beyhanden habenden Kayser-
» lichen/ Fürstlichen/ vnd sonst viler Reichsständ glaubwürdig n besigel-
» ten Brieffen erweißlich/ Wann sich die/ an den die Schwäbische Ritter-
» schafft benachbart/ zu erheischender Zeit vmb Handhabung willen des gemeinen

gemeinen Landsfridens zusammen zuthun/ Verständnus/ Gesellschafft oder Bündnus zu machen für noht vnd gut angesehen/ oder des von der Kayſ. Majeſt. Befelch gehabt: daß ſie mehrgedachte Ritterſchafft/ ehe ichts fürgenommen vnd beſchloſſen/ gemeiniglich oder ſonderlich zu jhnē vnverbündtlich/ gnädiglich/ gunſtiglich/ freundlich vnd nachbarlich beſchriben/ mit jnen gleichmäſſiglich tractirt: alſo daß ſie allein gratuitò vnd gutwillig/ mit einer gleichen Maaß in ſolche Verſtändnus vnd Aſſociation kommen/ ꝛc. Idem ferè ſenſus, ex privilegiis variis, ordini equeſtri libero Rhenano, à Cæſaribus datis, & à Simone Gunthero; ſub titulo, Freyheiten des heiligen Römiſchen Reichs eximirter Adelichen Ritterſchafft am Rheinſtrom/ uno faſciculo connexis, præloquè Anno 1609. vulgatis, erui poteſt: ubi quamplurimis in locis libertas nobilium confirmatur, iique von der Lands Obrigkeit/ eximuntur. Et in ſpecie, in privilegio Rudolphi II. de dato den 9. Julii Anno 1605. diſtrictus der befreyten Reichs Ritterſchafft am Rheinſtrom vnd in der Wetteraw/ ſollicitè determinatur. Parilia de Franconicâ Nobilitate, operosè deducit probatque Paulus Matthias Wehnerus, *in practic. obſervat. verb* Craiß/ Craißtag, ubi ait: Das die löbliche Ritterſchafft der ſechs Orten in Francken/ ein gemeines vnzertrennet corpus vnd Reſpublica ſeye: Die dißhalben jhre ſondere Freyheiten/ Statuta, Bräuch vnd Herkommen haben/ deren Weyland Voreltern ſeeligen/ mit jhren löblichen Ritterdienſten/ dem heiligen Römiſchen Reich manigfaltig vnd nutzlich gedient/ vnnd furs Vatterland geſtritten/ erobert vnd erlanget: vnd dahero noch auff den heutigen Tag/ die freyen Francken genennet werden. Et addit: Dahero/ wann die Römiſche Kayſerliche Majeſtät/ an die gemeine Ritterſchafften der ſechs Orth in Francken/ allergnädigſt ein Ritterdienſt begehrt/ haben ſie ſolchen aller vnderthänigſt nicht gewaigert: Doch das hingegen Jhre Kayſ. Majeſtät/ ſie bey jhren alten Freyheiten/ Lehens Gebräuchen vnd rittermäſſigem vber Menſches Gedencken herkomen/ aller gnädigſt hand haben vnd ſchützen wölle. Ac inſuper ibidem ſubjungit: Vber diß hat löblich gedachte Ritterſchafft in Francken/ in Anno 1590. einen ſonderbaren Ritter-Raht verordnet/ vnnd ein newe Ritter-Ordnung/ des gantzen Fränckiſchen Kraiß verfaſſen/ auch durch Römiſche Kayſ. Maieſtät Rudolphum II. confirmiren vnd beſtättigen laſſen: Nach welcher Ordnung vnd Satzung/ nicht allein der Ritterraht ſich zu verhalten/ ſondern auch alle berührter Ritterſchafft zugewante vnderſchribene Glider/ jhr Leben/ Thun/ Wandel vnd Weſen/ darnach anzuſtellen/ jhnen Räht: vnnd Hilffliche Hand darbieten zulaſſen bewilligt/ vnd danckbarlich angenommen. In eâdemque illâ Ordinatione, innuitur paſſim, Ordinem illum Eque-

strem nullum habere superiorem, unicâ exceptâ Cæsareâ Majestate; nec Magnatibus & Statibus vicinis (nisi fortè feudali subjectione) ullo modo esse subjectos. Et conferunt hûc, quæ Nobilissimus Goldastus, in den Politischen Reichshandlungen/ *titul. 5. fol. 989. & seqq. multis* habet.

11 Cùm ergò Nobilium ille liber Ordo, non minùs quàm alii Status, Imperio subsint immediatè; Constitutionibusque de immediatè Imperio subjectis, loquentibus comprehendantur: nil certè impedire posse videtur, quò minùs quoque parilia cum illis privilegia, Imperiique habeant jura. Et sic illis competit Jus Austrægarum, hâcque in parte Civitates Imperiales, tanquàm eo regulariter destituti, superare conspiciuntur. Beneficio etiam Pacis Religiosæ (tam sc. quò ad professionem, quàm quò ad exercitium instituendum) plenariè gaudent. *Per. Leopoldi apud Arumæ. discurs. 24. concl. ult. fol. 704. & Bernhard. Bertram. ibid. discurs. 9. th. 58 Bidembach. quæst. nobil. 4. Syringus. disp. d. Pace Relig. th. 7* Nec minùs quàm Imperii alii Status, Imperio contribuunt immediatè; imò Nobiles haut in partem onerum vocantur, ut cæteri Status, d neu jhr gewisser Anschlag auffer legt: sed requiruntur à Cæsareâ Majestate vmb ejne mitleidenliche Hilffe/ ohn einigen gewissen Anschlag. Id quod passim recessus Imperii inculcant *vid. omninò* Reichs Abscheid *de Anno* 1500. §. Wir oder der so an vnser Statt/ &c. tantaque eorum ab Imperatore ratio habetur, ut Anno 592. Cameræ Imperiali mandarit, ut eos in suâ libertate ejusque possessione vel quasi, adversus potentiores manu teneret, nec facilè attenderet exceptiones subjectionis iis objectas, nec sub prætextu Superioritatis, vndern Schein der Landsfürstlichen Obrigkeit; Item des Forsts vnd anderer Gerechtigkeit/ contra libertatem eorum pronunciaret: ut refertur in Decision. seu Præjudic. Cameræ Imp. in verb. Nobilitas, *vers.* der Fränckischen. Et licet porrò multi ex immediatis Nobilibus sint, qui contenti libertatis prærogativâ communi, Regalibus destituantur: eorum tamen non pauci quoque inveniuntur, qui unum vel plura etiam Regalia, ex peculiari concessione vel præscriptione acquisiverunt. Atque hoc ut in nonnullis regalibus aliis; sic maximè in mixto meroq; Imperio (quo plura quàm unum ex usu hodierno comprehendûtur) & jure item venandi (quod etiam de Regalibus hodiè reputatur) ita se habet. Hocque eò minùs est mirum; cùm reperiantur inter Nobiles hosce, qui ampliſſima bona, ampliſſimumque teritorium tenent, & in eo nonnullis etiam Comitibus atque Baronibus æquiparari facilè possunt. Eosdem item habere facultatem Leges atq; Statuta condendi (Vogtrichter vocant) tralatitium est. Quemadmodum etiam

dum etiam inter ſe faciunt Statuta de ſuccedendo. *poſt alios Ruland. d. Commiſſ. part. 2. lib. 5. cap. 4. num. 49.*

12. Proinde ex ſententiâ Præclariſſimi Sixtini, ad ejuſmodi alioſque Nobiles immediatè Imperio ſubjectos, & legitimo modo acquiſita regalia habentes, non eſt extendendum; quod mandato ſine clauſulâ in Camerâ Imperiali Anno 1580. 10. Januarii (referente Compilatore Deciſionum ſeu Præjudiciorum Cameral. *verb. Nobilitas.*) Decreto cuidam, in cauſſa Caſſel contra Crailßheim/ die Abſchaffung der Juden zu Rot ſee belangent/ adjectum hiſce fuit verbis: Dieweil dan jhr kein Stand des Reichs ſeyet/ noch als Privati einige Privilegia oder Regalia habt/ noch erlangen köndt. Nam ea verba, præterquam quòd ex narratis ſupplicationis ſunt deſumpta; non etiã, quatenus Camera iis utitur, ita accipi debét, quaſi ipſo Imperatore voléte & cõcedente, vel per legitimam præſcriptionem, regalia aliqua à Nobilibus haberi & acquiri non queant. Idque indè liquet; quòd generaliter Juri conſentaneum ſit, ejuſmodi modis regalia acquiri poſſe Atque in ſpecie quantum ipſum Jus habendi Judæos adtinet (quod de regalibus eſt, & cujus in prædictis verbis mandati ſine clauſulâ mentio fit) reperiuntur Nobiles immediatè Imperio ſubjecti, qui illud ex privilegio Cæſareo, vel lapſu temporis immemorialis habent. Illud tandem facilè largiuntur omnes; privilegio & prærogativa ſingulari, præ aliis gaudere Nobiles hoſcè immediatos; undè etiam κατ' ἐξοχὴν, Nobiles Liberi, freye vom Adel/ die freye Ritterſchafft/ indigitantur. Majori certè libertate fruuntur Nobiles immediati, quàm Auſtriaci Comites & Barones; ut Nicol. Betſius notat. *tract. de Pactis famil. cap. 2. fol. 37.* Undè Landſaſſios non annumerat egregiis perſonis, adnumerat Nobiles immediatos, Ubbo Ummius poſt Rulandum. *diſputat. ad Præceſſ. 14. numer. 55.* Namque & in Aureâ Bullâ Nobiles tales, Proceres nominantur: quod in Germanicâ verſione eſt Rittermäſſig/ *capite 12.*

Caſ. Ziegler *de Landſaſſ. conſ. luſ. 1. in limitat. nu. 44. & c. fol. 200. & ſeq.* Bernh. Bertram. apud Arumæ. *diſcurſ. 9. th. 39. fol. 136.* Reinking. *libr. 1. claſſ. 5. cap. 1. nu. 7. &c.*

13. Hîc etiam illud diſputari ſolet, & ad deciſionem propoſitæ quæſtionis ſcire omninò neceſſe eſt; utrum Nobiles immediatè Imperio ſubjecti, inter Status Imperii referantur? Concedit hoc Compilator Cameralium præjudiciorum, *in verb. Nobilitas, à princip.* quò ad immediatos: ita ut ij conjunctim dici queant Status, non verò ſeparatim unus aut alter. Negant alii ſivè mediatè, ſivè immediatè Imperio ſint ſubjecti; & putant, hoc experientiæ ipſique Imperii matriculæ repugnare; in quâ quippè non reperiuntur, nec etiam ad Comitia Imperialia vocantur, multò minùs ſeſſionem & Jus ſuffragii in iis habere conſpiciuntur. Olim tamen immediati Nobiles Comi-

tiis quoque interfuerunt, liberq; Equestris Ordo, antiquitùs tanquâ singularis Imperii status, ad cõventus generales vocatus fuit. Hincque est priscus ille Cæsareus Stylus, mit gutem Rath/vnser vnd des H. Reichs Churfürsten/ Fürsten/ Graffen/ Freyherrn/ Ritter/ Knechten/ vnd Stätten/ &c. Aur. Bulla Caroli IV. in princ. ibi: assidentibus nobis omnibus Principibus Electoribus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium & Civitatum multitudine numerosâ, &c. Reformation Kayser Friderichs des dritten/ zu Franckfurt am Mayn/ Anno 1442. auffgericht. in princ. ibi. Fürsten/ Herren/ Rittern/ Knechten/ vnd Stätte. Eadem habentur in Bullâ Sigismundi §. 2. & §. 4. *à. Goldast. tom. 1. Constit. Imp. pag. 143. & seq. relata. Ludovic. Gremp. à* Frewdenstein/ & Hieronym. zum Lam/ in Responso solivago, der Erbarn Frey: vnd Reichsstätt Session, Stand vnnd Stimm belangent. §. Zu der vierten Objection &c. Braunschweigische *Consil. fol. m. 38. Buxtorff. th. 5. litterâ. C.* Dissentit maxumè Josias Nolden *tract. de stat. Nobil. cap. 17. num. 65. &c.* Et etiam Author der Donawertischen Erinnerung *fol* 169. & 173. Nobilium, non ut Status: sed ut Consiliariorum fieri mentionem, putat. Quod verò Nobiles, ad Imperialium Statuum diætas vocari desierunt, hoc in eorum favorem receptum esse videtur; ne Cameræ Imperialis sumptus pro ratâ ferre, aliaque Statuum onera subire teneantur. Et hocideò insigne Nobilium privilegium, nequaquam ullâ ex parte, in eorum odium retorqueri debet. *arg. cap. quod in favorem. d. Reg. j. in 6.* Haberent sanè aliâs in ejusmodi Diætis, unicum tantùm votum, aliorumque conclusa rata habere, nec impugnare possent. Sicque nunc majori immunitate gaudent, nec à Statibus decretas collectas solvere tenentur. Quâ de re Henr. Brunning. *disp. d variis Univers. specieb. th.* 18. *ad fin.* ita scribit: Crediderim, Nobilitatem & Civitates quasdam, non invitas Citatoriis libellis præteriri se passas, quòd hoc pacto mitigationem onerum, der gewissen Anschläg, impetrarent, & tolerabiliores fierent contributiones illæ, quæ ad peculiares Cæsaris expeditiones conferũtur. Undè evenit, ut Nobiles in Sueviâ præsertim, jam à multis annis, cæteris majoribus Statibus liberiores se, majoribusque privilegiis dotatos jactitârint, quâ de re Nauclerus, Cancellarius primus Academiæ Tubingensis, *generatione* 43 *fol. m.* 231 ita scribit: Nobilitas gradus habet. sunt enim Principes, sunt Comites, atq; Barones, sunt & inferioris gradus Nobiles. Principes non solùm dignitate & generis claritate, sed & potentiâ antecedunt reliquos: terras habent & dominia latissima. Comites & Barones cæterique Nobiles per totam Sueviam dispersi sunt, regionem veluti flores campos, undique exornantes

nantes. Et quod mirum videtur, cùm Principes, Comites & Barones, quoties Imperii necessitas exigit, obsequia Cæsari tanquàm subjecti præstant: inferioris tamen gradus Nobiles exemptos se dicunt, & nisi ad stipendium nemini serviunt, nec suos subjectos servire sinunt. Et tamen Romanum Imperatorem, ut suum naturalem Principem omnes recognoscunt. Hi quoque profanari suam dignitatem arbitrantur, si mercaturas aut artes exerceant aliquas, si ex civibus aut plebe uxorem recipiant, si in Urbibus habitent: consortia urbanorum perosi, arces & castra in montibus, sylvis & rure collocant, curias Principum percupidè frequentant; cæterùm de patrimonio & redditibus suis victitant. Hactenus Nauclerus; cujus verbis concludere libuit hanc dissertationem: inquirendi non decidendi animo, quæ à me proposita fuit. Tandem ad Jura & Privilegia Nobilium, exactiùs intelligenda, conferunt etiam multum, Imperij Statuum, Nobilitatisque Franconiæ inprimis, gravamina, parti 25. der Politischen Reichßhändel/ Goldasti inserta.

CAPUT VII.

De Burgundiâ, Comitatu Montbelgardensi, Sabaudiâ, Genevâ, aliisq; in, & extra Germaniam provinciis, spectantibus ad Imperium Romanum.

BUrgundiæ Ducatus (sub quo Burgundiæ Comitatus, vulgò *la Franche Comté*, & septendecim Belgii Provinciæ continentur) peculiaris est Circulus Imperij Romani, Reichsabschied zu Nürnberg/ Anno M. D. XXII. Et Burgundiæ item Dux, sub tutelâ & membris Imperij comprehensus, in Comitijs, Votum atque sessionem, sicut Archidux Austriæ; Adsessorem etiam in Camerâ habet: & Anno M. D. LVI. Visitator Cameræ Imperialis fuit. Nomine hujus sui Ducatus, contribuit quantum duo Electores. In Turcicâ expeditione, quantum tres Electores præstat; si contribuere cesset, cõtra eum in Camerâ Imperiali per Fiscalem procedi potest: in reliquis à Cameræ Jurisdictione est exemptus. Quâ de re videatur Transactio Burgundica, in magnis Comitiis Augustæ Vindelicorum Anno M. D. XLVIII. inter Carolum V. Imperatorem, & Status Imperii edita ac erecta, & postea Anno M. D. LX. cõfirmata, Imperiiq;

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [179] - 175

Recessibus inserta, & extat etiam der Burgundische Vertrag / apud Goldastum, *tom. 1. constitut.* ut & apud Wehnerum, *tom. 6. Symphor. cap. 2. §. 2.* & adde Thomam Michaelem, *Disputat. de Iurisdict. thes. 22.* Quæ tamen Transactio, seu Concordia, utpotè in præjudicium Imperij tendens, & Burgundiæ Duci plura, quàm par est, privilegia cõcedens, à Principibus aliquoties impugnata fuit: & refert Matthias Wehnerus, *tom. 6. Symphorem. cap. 2. §. 2.* Votum cujusdam Cameræ Adsessoris, affirmantis, se Anno L. interfuisse dem Fürsten Rath/ da die Burgundische verträge nicht allein impugnirt, sondern auch gar für nichtig gehalten worden. Vi hujus pactionis Mynsingerus, *centur. 5. observat. 58. num. 2.* Gail. *libr. 1. de pac. public. cap. 11. num. 6.* tradunt, subditos Ducis Burgundiæ in causa violatæ pacis, à loco domicilii non avocandos, sed coràm Judice loci ordinario ad pœnam banni & juris communis conveniendos. Quod iniquum videtur Fidero Mindano, *libr. 1. de processib. cap. 22. num. 1.* Sanè Burgundiam & Belgii provincias Imperii Feuda esse, ejusque superioritatem agnoscere, quamvis à Cameræ judicio, liberæ sint, multa sunt documenta quæ evincant. Et Carolum, ultimum Burgundiæ Ducem, cognomẽto Pugnacem, à quo Incluta & felicissima Austriaca Domus caussam habet; Imperio Romano, suas, quas tenuit provincias (exceptis quibusdam ad Galliæ Regnum spectantibus) acceptas tulisse, tandemq; ut Imperii rebellem proscriptum bonis omnibus & vitâ exutum fuisse; ejus temporis testantur Historici, & inter alios Majerus, *in Annal. Flandricis, ac in Histor. Burgundic.* Paradinus. Hîc tamen commemorandum est, ex priori illâ Belgij & Burgundiæ cum Imperio coadunatione, nihil à Philippo II. ejusque successoribus relictum superesse, quàm eorum in Camerâ Imperiali Adsessores, & Convẽtibus Imperialibus Delegatos: Contributiones verò, prætextu bellorum Belgicorum non exsolvi. Quin & Philippus II. Hispaniæ Rex, Archiduci Carolo, Maximiliani II. Imperatoris, & Imperii ad illum Legato, ad benigniorem Belgarum tractationem impetrandã misso, schedulâ manu propriâ scriptâ, inter cætera respondit; Electores & cæteros Principes Imperii falli, si crederent, Flandriam & reliquas Provincias sibi subjectas, habere aliquid commune cum Imperio. Etsi enim Pater ipsius, Carolus V. (qui eorum Dominus atque Imperator extitisset) olim Provincias illas adstrinxisset ad auxilia subministranda Imperio; quòd vicissim etiam ad reciproca auxilia necessitate exigente teneretur: tamen hanc obligationem in effectu neutram partem efficaciter hinc indè obstringere: atque Imperium eo jure excidisse. &c. Johannes Baptista Adrianus, Nobilis

Floren-

Florentinus, *in histor. sui temporis Italicè scripta, libr.* 20. *fol.*1473. *edit. Venet.* Anno LXXXIII. Et ego ipse vidi quamplurima scripta, à Burgundiæ Fiscali Dolano producta, ubi propugnatur, Comitatum Burgundiæ ab omni superioritate liberum esse, nec ullum nisi Deum & gladium superiorem habere. Etindè in Dolanâ Curiâ, Cameræ Imperialis decreto, aliisque expeditionibus ab Imperio emanatis, nullo modo defertur; etiam in iis casibus, in quibus aliis Principibus aliquid concederetur: ne illa Imperium recognovisse videatur. Imò verò, Nobilitatis Insignibus ab Imperiali Majestate donatos, Nobilium Privilegiis liberè frui non facilè permittere Dolanũ Parlamentum, relatum mihi est: Quamvis nullum ab aliis Principibus ad Nobilitatem evectis, hac in re inferat impedimentum.

II. At verò, quòd in specie Burgundiæ Comitatus, non solùm Imperii Romano-Germanici Feudum existat; sed & ejusdem jure meritò observare teneatur Majestatem, vel illud adprobare potest; quòd Vesontio, Urbs in meditullio Burgundiæ Comitatus sita, Imperii immediatam agnoscit jurisdictionem & hodiè: Cominæus, *libr.* 6. *cap.* 4. *fol. mihi* 521. Chifletius, *in Vesontionis descript. part.* 1. *cap.* 7. *& seq. item cap.* 51. *ac mult. seqq.* quod argumentum est ejusdem juris, in territorio vicino. Estque Archiepiscopus Bisontinus, Sacri Romani Imperii Princeps. Antiquum Burgundiæ Regnum, quâ ratione ad Germanos pervenerit: ac quomodò item ultimi Burgundiæ Regis ex sorore nepotes, eorumque posteri (Comitatus angustiis inclusi) nimiùm memores vetustæ libertatis, irrito quidem, sed tamen sæpiùs repetito conatu, in Germanos Imperatores arma arripuerint; vide Guntherum, *in Ligurino libr.* 5. Hermannum Contractum, *sub Anno* 1037. Wipponium, *in vitâ Conr. Salici.* Wolffgangum Lazium, *de migrat. gent. fol. mihi* 777. Guilielmum Paradinum, *1. des annal. de Bourgogn. cap. ult. fol.*139. *& eundem tract. de antiqu. Stat. Burgund.* Stumpffium, *in Chronic. Helvetic. libr.* 3. Trithemium, *in Chronic Hirsaug. sub Rudolph. I.* Jacobum Maierum, *libr.* 17. *annal. Flandr.* Guilimannũ, *de reb. Helvetic. libr.* 2 *fol.*274. *& seqq. ut & Habspurgiac. libr.* 4. *fol.*148. qui idem *ibid. libr.* 5. *fol.* 197. docet, quomodò Reginaldus Burgundiæ Comes, ab Imperatore, ut rebellis & contumax fuerit proscriptus.

III. An verò Burgundiæ Comitatui, Montbelgardensis Comitatus, Feudi & superioritatis nomine sit subjectus? in controversiam etiam vocatum scio. Sed sanè Montbelgardiæ Comitatus, jam à sexcentis ferè annis, Comites habuit Imperio Romano-Germanico immediatè subjectos: sempérque, cùm ibi superioritatis aliquod jus ad-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [181] - 177

ipiſci niſi ſunt, conatibus ſuis depulſi fuerunt Burgundi. Et ſanè, jam Anno M. XLIV. (ut ex Hermanno Contracto, Comite Veringenſi, & Venerandæ antiquitatis Hiſtorico. pateſcit) Comes quidam Mompelgardiæ, cui Ludovico nomen erat, in vivis & potens fuit. Ac Wolffango Lazio notante, Anno M. LXXIV. Theobaldus Comes Mompelgardienſis, Cœnobij. S. Waltburgis in Foreſto ſupra Strasburgum fundator extitit, *libr. migrat. gent. fol. mihi* 782. Et porrò, Mompelgardiæ Comites, antiquitùs, ac jam ab eo tempore, quo Burgundiæ Regnum ad Germanos pervenit, Imperio paruiſſe, nec ullum alium ſuperiorem recognoviſſe, minimè verò omnium, Burgundiæ Comitum Vaſallos, aut ſubditos fuiſſe, ex eo præterea evinci poteſt: quòd qui primus fuit Burgundiæ Comes Reginaldus, cũ, ut cecinit Guntherus in Ligurino, Henrici Imperatoris, Conradi filii, eſſet inimicus;

—antiqua veniens ab origine Regum,
— & Allobroges aliis ſub Regibus eſſe,
Indignum reputans; nimium memor ille vetuſtæ
Libertatis erat, Regemq́, ſuperbus agebat.

Hic ideò Reginaldus, quia Ludovicus Mompelgardẽſis Comes, Anno M. XLIV. Imperatoris partes (ut fidelem ſcilicèt Vaſallũ decet) tuebatur: cùm Caſtellum Ludovici, *Mompeligarde* vocatum, magnis viribus expugnare pararet; Reginaldus parvâ militum manu à Ludovico victus fugatusque fuit: ut teſtatur Hermannus Contractus. Conijciendum etenim eſt, Mompelgardenſem Comitem, non Burgundiæ Comitis, ſed Imperij Vaſallum & ſubditum fuiſſe; cùm huic, contra illum, ſuppetias, auxiliumque præſtiterit: Quales certè conjecturæ probabiles, in antiquis, & adhuc magis antiquiſſimis negocijs, plenæ probationis ſuſtinent vicem, latè Maſcardus, *de probation. vol.* 1. *concluſ.* 107. *per tot.* Et aliàs ſervitiorum, præſertim militarium præſtatio, Vaſallitium arguit. Natta, *conſil.* 460. *num.* 5. *ubi plures allegat.* Maſcardus, *volum.* 1. *concluſ.* 209. *num.* 16. *& ſeqq.* Porrò Mompelgarticum Comitatum, ſub Imperio jam olim fuiſſe, ex eo itidem adparet; quòd ſub Circulo Rotwilenſis Dicaſterij ſitus eſt: ejusque jurisdictionem ſuam jam Anno M. C. XLVII. agnovit (ut colligitur ex Ordinatione ejusdem Dicaſterij; ab Imperatore Conrado III. ſancita) ab eaque ſingularibus Privilegiis jam exemptus eſt: quæ exemptio, utpotè privatio, habitum præſupponit, & Comitatum Montisbelgardicum, aliquando dicti Imperialis Dicaſterii juris dictionem agnoviſſe, probatiſſimum facit.

IV. In Inveſtiturâ, quam Anno M. CC. LXXXIV. ab Auguſtiſſimæ

gustissimæ memoriæ, Imperatore Rudolpho I. Reginaldus obtinuit, habetur; Theodoricum, Montisbelgardi Comitem, Castrum, Oppidum & Comitatum Montisbelgardi, cum pertinentiis, ab Imperio tenuisse. &c. Et etiam in Ludovici IV. Imperatoris, investiturâ reperitur: Castrum & oppidum in Mompelgard à Sacro Romano Imperio descendere, dignosci (quod verbum, dignosci, antiquo stylo notorium inducit) Pariliter in investiturâ Rudolphi habetur: Sententiatum extitisse, quòd Renaldus Comitatum pacificè & quietè possidere debeat, sicut eum quondam Theodoricus ab Imperio, & tùm temporis ipse Renaldus tenebat, eumque ibidem Imperator Warandisare contra quoslibet promittit. Refert quoque Nicolaus Vingner, *in Histor. Burgundic.* sequentia verba: Theodoricus, Montisbelgardensis Comes, ejus nominis II. vivebat hoc tempore; qui moriens nullâ prole superstite, Comitem de Novo castro, quod est ultrà Dubin: & Dominum in Novo castro, in Comitatu Burgundiæ, sororios suos, de Montbelgardensi Comitatu, uter succederet, litigantes reliquit. Sed cùm Reginaldus, Hugonis Burgundiæ Comitis filius, Domini de Novo Castro filiam Gulielmam duxisset: soceri sui partes ita stabilivit, ut ejus concessu, comitatus illius jura possessionemque tandem in se transtulerit. Et alibi idem Vingner scribit, Cùm Anno M. CC. LXXX. bello inter Basileensem Episcopum Petrum, & Phyrretarum Principem Theobaldum (quem superioris Burgundiæ, & Montisbelgardenses Comites juvabant) exorto: Basileenses insigni clade affecti essent; Rudolphus Cæsar, ut adjutores ulciscceretur, ingenti exercitu Montisbelgardi Castellũ & Oppidum cepit; ejusque Comitem Reginaldum, imperata facere coëgit. Vesontionem obsedit, sed frustrà: Burgundus tamen Basileam veniens, Cæsari Comitatus sui nomine fidelitatem & obsequiũ clientelare juravit, Montisbelgardensem Comitem, Cæsar octo mil „
libus librarum mulctavit, quòd Comitatus sui feudum, ab Imperio „
Germanico, ad Comitatum Burgundicum (in sui & Othonis Burgũ- „
diæ Comitis, fratris sui gratiam) transferre voluerat. Hactenus Vin- „
gner. Quæ eadem Wurstisius refert in Chronico Basileensi, *lib. 3. c. 2.* hisce verbis, die Montbelgardischen Zeitbücher melden / Graff Reginaldt zu Mümpelgardt hab sein Grafschafft/ein Lehen von Reich Teutscher Nation/von selbiger abziehen/vnd mit der Grafschafft Burgundt vereinigen wöllen: deß sey Er von König Rudolffen vmb acht tausendt March silbers gestrafft worden. Et Gerardus de Rhoo, Serenissimi quondam Archiducis Ferdinandi Bibliothecarius, *libr. 1. histor. Austriac.* narrat, Rudolphum I. ex occasione controversiarum quarum-

dam, quas Reginaldus noster, cum Basileensibus habebat; Mompelgardam in suam potestatem redegisse: Reginaldum verò mulctæ nomine, octies mille argenti Marchas exsolvisse. Et Albertus Argentinensis, *mihi fol.* 104. de hoc Bello Burgundico loquens, ait: Majores Burgundiæ se corã Imperatore corporaliter præsentâsse, de concordiâ tractantes; Vasallos Imperii quoque præstitâ fidelitate, de Regalibus esse investitos. Apud Trithemium, in Chronico Hirsaugiénsi, sub Rudolpho I. hâc de re, sic legitur: Rudolphus Rex iterum exercitum ducit in Burgundiam, & primò quidem Civitatem Paterniacum obsidens cepit, postea Comitem Burgundiæ rebellem & perjurum capiens, in vincula conjecit: Comitem quoque Sabaudiæ, & Comitem Montisbelgardi, similiter capiens, in ditionem suam jurare coëgit. Quæ omnia in eo, ut nemini non adparere potest, conspirant, ut Comitatum Montisbelgardensem Feudum Imperii esse probent, & Rudolphi Investituram, ubi Comitatum Montbelgardiæ jam eo tempore antiquum Imperii Feudum, & tanquam avitum Reginaldo concessum fuisse refertur, roborent.

V. Nemo ex Burgundiæ Comitibus, Reginaldi (Montbelgardiæ Comitis) posteris, tanquàm Vasallis litem movit, primusque jus sibi aliquod in hoc Comitatu arrogare visus est, Carolus Ultimus Burgundiæ Dux, ferè ducentis annis post Reginaldum, qui antiqua Burgundici Regni jura, ante quadringentos annos extincta; & Imperio Romano legitimè acquisita, infaustis auspiciis resuscitare ausus, & Rex Burgundiæ, vel Imperii Germanici Vicarius, in antiqui Burgundici Regni territorio, ut insigniretur ab Imperatore Friderico III. petiit, armisque, quod benevolentiâ non potuit, impetrare voluit: sed temerariæ ambitionis mox exsolvit pœnas. Invenitur etiam post Reginaldum, nonnulla bella inter Burgundos & Montbelgardenses Comites intercessisse: nec ullum unquam fuit inter Germanos & Burgundos bellicum dissidium, cujus se non semper Mompelgardiæ Comites participes reddiderint, nunquàm non Germanorum auspicia secuti: nunquàm tamen pro rebellibus, sed pro hostibus à Burgundis habiti; nunquàm ullius feloniæ vel commissoriæ noxæ insimulati sunt; semper illis bellis, æquâ pace finitis. Sicque Anno M. CCC. XXXV. Comes Montisbelgardiæ, bellum cum Burgundiæ Comite *Odone geßit*. Chifletius, *in Vesont. libr.* 1. *cap.* 62. Anno M. CCC. LXIV. Comes Mompelgardiæ, Philippo Audaci, Primo Burgundiæ Duci, ex Valesiorum prosapiâ, bellum fecit: unà cum Germanis, quorum confœderatus erat. Guilielmus Paradinus, qui natione Gallus, & ita neque Germanis, neque Burgundis justo æquior

ſto æquior eſt, *libr. 3. hiſtor. Burgund. fol. 354.* Le Comté, inquit, de Montbeliard, entra avec grand puiſſance d' Allemans ſes allies, en la Comté de Bourgogne, devers Beſançon; ou il faiſoit mille maux, gaſtant tout le pais. Et paulò pòſt; Lors ſe trouverent les Bourgignons bien quinze cents hommes d' armes, & en ceſt equipage chevaucherent contre leurs ennemis. Lesquels ayans entendu la venue du Duc de Bourgogne, ſe retirerent iusques oultre la riviere du Rhin: mais pour cela ne laiſſa le Duc tirer outre, en la Comté de Montbeliard, ou la plus part fut mis à feu & pilage, en contrechange de ce que les ennemis avoient fait en Bourgogne, &c. Ex his apparet, Comites Montbelgardiæ, ante ducentos & quinquaginta Annos, fœdera cum Germanis contra Burgundos pepigiſſe, Burgundis bellum intuliſſe: Burgundum verò, non Dolanæ Curiæ proceſſibus, prætextúve feloniæ & commiſſoriæ noxæ ſe vindicaſſe; ſed aperto Marte contra hoſtem proceſſiſſe: imò Comitatui Montbelgardenſi, tanquàm hoſtili terræ, multa damna intuliſſe. Quod ſanè haud feciſſet Burgundus, ſi ſuperioritas & directum Dominium, ad eum pertinuiſſet; ſed Comite Montbelgardiæ fugato, Comitatum ſibi tanquàm commiſſum reſervaſſet; nec rei ſuæ propriæ tanta damna intuliſſet. Circa Annum M. CCCC. L. cùm Galliæ Regis filius, natu major, ut Concilium Baſileæ congregatum diſſiparet, Galliæq; fines ad Rhenum uſque extenderet, Germaniam auſpicijs ſui Patris, & Burgundiæ Ducis Johannis, cum Anglis & Armeniacis prædatoribus intraſſet; arcem Montbelgardenſem obſedit, cepit. Quâ de re ita ſcribit Paradinus, *in hiſtor. Sabaud. fol. 330.* Et meſmement (de Pontifice Romano loqués) appointa & redigea en concorde, le Roy Charles Septieſme de France, & le Duc Philippe de Bourgongne: par la conduite des quels, Louis Dauphin de Viennois & fils aisné du Roy Charles, mit ſus vn groſſe armee, avec laquelle, il entra dedans LES LIMITES DEL EMPIRE, DU COSTE DV COMTE DE BOURGONGNE: faiſant courir le bruit, qu'il venoit au ſecours des Princes, Seigneurs & de la Nobleſſe d' Allemaigne, laquelle eſtoit opprimé e par les villes & communautez de celuy pais: combienque ce fuſt pour faire retirer & departire les gens tenans le Cõcile à Basle contre le Pape Eugene. Tellement que avec ceſte main forte, vint aſſieger LA VILLE DE MONTBELIARD, QUI EST FIEF DE L' EMPIRE, ET SEIGNEURIE DES DUCS DE WIRTEMBERG. Tempore Ultimi Burgundiæ Ducis, Blamontani & Hericuriæ Domini, tanquàm Burgundici Vaſalli, Carolo militârunt: Montbelgardiæ verò Comes Henricus, Ulrici Ducis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [185] - 181

...er, Imperatori, qui omne Germaniæ robur contra Carolum acciverat, ſe addixit meritò. Hunc inſidiis circumventum, cepit Carolus, & demùm ullo ſine lytro dimiſit. Quod haud fieri aſſolet ſubditis & Vaſallis, qui Domini ſui hoſtibus ſe conjungunt. Quam Hiſtoriã Paradini verbis recitare lubet, *hiſtor. Burgund. fol.* 961. Le Duc Charles eſtant adverty, comme les Ferretois avoient fait mourir ſon gouuerneur & Lieutenant, delibera de prendre vengeance de tous ceux, qui s' en eſtoient meslez: & advient, quæ lors Henry Comte de Wirtemberg, fut prins par les gens du Du, c aupres de Louxemburg: dont eſtans advertis ceux de Basle, enuoyerent ſuda in force gens de guerre, avec bon nombre d' artillerie à Montbelliard; donant ordre de clorre ce paſſage au Duc de Bourgongne. Peu de jours enſuivans, le Duc enuyoa ſommer le Capitaine du chaſteau de Montbeliard, de luy rendre la place, autrement il feroit mourir le Comte ſon maiſtre, qu' il tenoit priſonnier. Au quel le Capitaine fiſt reſponſe qu' il fiſt de ſon maiſtre ce, que bon luy, ſembleroit: car quant à luy il n' eſtoit pas deliberé, de luy vendre la place, ayant fait ſerment à d' autres de la garder. &c. Ex quibus omnibus & ſingulis ſatis adparet, plùs quàm longiſſimo tempore, neque Superioritatem, neque Dominium, aut Feudale aliquod jus Burgundis conceſſiſſe Montbelgardenſes.

VI. Sabaudia, indubitatum Imperii Feudum eſt: ejuſque poſſeſſores, primùm Comitum, ab Henrico Conradi Salici filio (undè & quatuor Comitibus accenſentur) porrò multos annos pòſt; à Sigiſmundo nempè Imperatore, Ducum titulum acceperunt. Paradinus & Lambertus Vanderburch, *in hiſtor. Sabaud.* Et quoque Sabaudiæ Princeps, Imperiali quandoq; banno, notatus fuit. Thomas Michael, Diſputat. *de Iuriſdict. theſ.* 20. ac ante annos centum, adhuc in Civilibus cauſſis ad Cameram Imperialem ab eo adpellabatur. Citadin de Geneve, *fol. mihi* 190. Vicarius quidem Imperii ille eſt; ſed pro ſua regione, homagium præſtat Imperatori: idque Carolum IV. miris & ſubmiſſionem infimam denotantibus ceremoniis, à Sabaudo recepiſſe, memorat Paradinus, *hiſtoir. de Savoye, fol. mihi* 312. *&c.* Taleque homagium, ſi juretur Imperatori, vel Principi, ſuperiorem non recognoſcenti; Feudum ligium efficere ſolet. Marta, *de Iurisdict. libr.* 1. *cap.* 27. *per tot.* Ad hocque Juramentum, eum adhuc omninò teneri, aſſerit Menochius, *in Reſponſ. cauſſ. Finariens. articul.* 1. *num.* 104. Ac licèt Sabaudus, Regis inſtar in ſuo territorio habeatur, multaque habeat ſubfeuda, plurimosque Comites ac Barones, ſuos Vaſallos: ita ut quidam eum liberum omninò, Majeſtatisque

Jura

jura habere velint. Theſſaurus *in præfat. ſuar. Deciſion. nu* 13. *& ſeqq.* Eumque Hiſpaniarum Rex, Sereniſſimum adpellet; quem titulum aliis Italiæ Principibus tribuere haut ſolet; Hæc tamen omnia Imperij beneficio habet; hincq; eum Cæſareâ auctoritate jus dicere rectè ſcribit Caſtrenſis, *conſil.* 34. *volum.* 1. Marta, *part.* 1. *cap.* 33. *num.* 74. *&c.* Ac qui ſe alterius Vicarium fatetur: eo ipſo ejus Imperium, Majeſtatemque agnoſcit. Arniſæus, *de Majeſtat. cap.* 2 *fol.* 242. *& ſeq.* ubi aliis compluribus argumentis, à Theſſauro, Sabaudo aſſertã Majeſtatem oppugnat.

VII. Sed non negligenda hîc, illa quæſtio eſt: An Reſpublica Genevenſis, Sabaudo, utpote Imperii iis in locis Vicario, ſubſit: an verò pro Civitate Imperii liberâ debeat haberi? Multũ de hujus Reipublicæ inſtitutis, moribusq; probatis, jactare ſolent, qui ſe (ex Calvini traditionibus) Reformatos & Orthodoxos adpellant: de eaque fertur elogium Mauritii, Haſsiæ Landtgravij, quod ita ſe habet:

Quisquis amat vitam ſobriam, caſtamq; tueri,
Perpetuò eſto illi caſta Geneva domus.

Ajunt, pro jure libertatis Reipublicæ illius, jam aliquoties ſupremũ ſuffragatum eſſe Numen. Vanitatemque prætextuum, ſub quibus Sereniſſimus Sabaudiæ Princeps, in Genevam Imperium ſibi adſcribit, optimè oſtendere Libellum, *Le Citadin de Geneve*, inſcriptum. Et videri etiam poteſt Guilielmus Paradinus, *en la Chronique de Savoye, cap.* 2. *fol.* 30. Antoine du Pinet, *en ſes Cartes Coſmograph. fol.* 52. *&c.* Pierre Matthieu, *liv.* 5. *del' hiſtoire de la Paix. narr.* 7. *à princ.* Rodolphus Botereius, *Comment.* 9. *fol.* 85. Henningus Arniſæus, *libr.* 1. *de Maieſtat. cap.* 1. *fol.* 9. Hentzneri Itinerarium, *ubi de Genevâ.* Continuat de Mercur. François, *tom.* 2. *fol.* 39. *&c.* Louys Guyon, *tom.* 2. *d. diverſ. leçons, libr.* 3. *cap.* 12. Ex horumque traditionibus, res ita ſe habere videtur. Geneva Civitas olim libera, terque amplior, ac ejus nunc ſunt pomœria, ſoli Imperatori ſubdita cenſebatur; Lacui item Lemanno, adjacentique regioni, ad Salodurum uſque, Leges dabat. Cumque à Caroli Magni Imperio ferè ſemper Epiſcopi in Civitatibus, quarum Eccleſias gerebant, animarum curæ, politicum imperium conjungerent, & ſceptrum ac faſces pedo alligarent; etiam in Genevenſi Civitate, tantam ſucceſſu temporis Epiſcopi ſibi inibi aſſeruerunt poteſtatem, ut *Evesques & Princes de Geneve*, ſe nominarent. Arniſæus, *de Maieſtat. libr.* 1. *fol.* 9. Nihilominùs tamen ſalvum ſemper manſit ſuum Civitati jus, & Anno M. CCCC. XXVIII. Franciſcus ex Sabaudiæ Principum familiâ, mores & veſtigia ſuorum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [187] - 183

in dicto ſuo Epiſcopatu prædeceſſorum benigniter inſequendo; corporale præſtitit Juramentum; dicendo ore ſuo: Nos &c. Juramus obſervare & manu tenere pro poſſe, Libertates, Immunitates, & Frãcheſias Civitatis noſtræ Gebennæ, in ſingulis capitulis. Citadin de Geneve. *fol. 53.* Ac quamvis olim Comites fuerint Genevenſes (quorum juribus gaudere hodiè volunt Sabaudiæ Duces) ij tamen non Civitati, ſed agro circumvicino imperitabant, & Epiſcopo homagium præſtabant: nec indè Gebennenſes, ſed Gebenneſij Comites ſe nominabant: ijque in pacificationibus cum Republicâ initis, ſemper ita loquuntur: Villam veſtram, nec non bona & jura veſtra, & Francheſias veſtras. Nec eo nomine, quòd Sabaudus, Vicarius Imperij perpetuus eſt, is ſibi adſcribere poteſt ea jura, quæ inibi antè habuit Imperator. Non enim Vicarius eſt Imperij Sabaudus, niſi in ſuo (Sabaudiæ ſcilicet) Comitatu, Paradinus, *2. hiſtor. Sabaud. cap. 38.* ut & ſemper beneficia Imperatorum ita ſunt interpretanda, ne tertio noceant. Tutique ſunt juris præſumptione Genevenſes, quæ eos in priſcâ libertatis poſſeſſione tuetur, donec contrarium fuerit probatũ, *gloſſ. in l. certum §. 1. ff. de confeſſ.* Alciatus, *lib. 2. præſumpt. 12.* Covarruvias, *part. 2. relect. cap. poſſeſſor malæ fidei, §. 1. num. 1.* Cumque uſurpatio ſubſequens omne interpretetur pactum: & quod antè fuit actum: nec diu jam poſt impetratum Vicariatum, quicquam juris & imperij in Genevenſi Civitate ſibi adſcripſerint, vel uſurparint, ut Hiſtoriæ teſtantur, ſanè aliud dici nequit: quàm quòd unâ cum illo Vicariatu, nihil juris in Rempublicam Genuenſem adquiſiverint Sabaudi.

VIII. Helvetiæ & Alpinæ Rhætiæ populos actu contineri ſub Imperii Romani ditione, nemo Helveticarum rerum gnarus exiſtimabit. Tam enim quoad νομοθεσίαν, quàm δικαιοδοσίαν omninò videtur eſſe exempti. Non Leges Imperatorias agnoſcunt: non Decretis Cæſareis parent: nullam ibi Imperator poteſtatem habet, juris poſtulantibus reddendi, ut dixi *in Tractat. de adpellation. cap. 2. §. 6.* adeò, ut tredecim Helvetiorum Civitates finibus & imperio diviſas eſſe, & ſingulas abſolutè jura Majeſtatis habere, aſſerat Bodinus, *libr. 1. de Republic. cap. 7.* Eosdem tamen potentiâ adhuc eſſe ſub Imperio, nõ abſonè dici poteſt, hocque ipſimet aſſerunt & prætendunt Helvetij, Goldaſtus, *in præfat. tom. 1. Germanic. ad Sereniſſimum Würtembergiæ Principem.* Fuerunt ſanè ab omni antiquitatis memoriâ, Romani Imperij membra Helvetiæ provinciæ: nec unquàm Imperii jugum excutere ſunt niſi, ſed ſaltem ea, quæ obtinuerunt ab Imperio Privilegia, ac immunitates, contra Nobiles, aliosque Magnates, vi armisq;

defen-

defenderunt succeſſu felici. Cumque res omnis, in quo ſtatu à principio fuit, ſemper perſiſtere cenſeatur; *l. 22. ff. de probation. l. in ſinalibus, ff. fin. regund. l. ſi prius, & ibi Dd. ff. de nov. oper. nunciat.* Alciatus, *præſumpt. Regul. 2* Indè ſanè adhuc Imperium recognoſcere teneri Helvetios, concluditur ritè. Illa verò obedientia, quam Imperio Helvetii adhuc debent, non ſanè in ſubjectione aliquâ conſiſtere videtur, ſed in comi potiùs obſervatione. Exemptionem etenim à judicio Aulico, Camerali, & RothWilenſi, libertatem fœderationum, & immunitatem ab omnibus oneribus realibus Imperio debitis, jam diu prætenderunt. Ac quamvis Imperatores in permittendâ & concedendâ Helvetiis tot ac tantâ libertatis immunitate, non diſertè ſibi Imperium integrum futurum declaraverint: attamen haud ſunt Helvetii exempti cenſendi, quoad caſus, qui tacitè, ex jure gentium, & naturâ poteſtatis omnis, à Republicâ conceſſæ reſervati putantur: de quibus poſt Bodinum, *libr. 1 de Republ. cap. 8.* Paurmeiſter, *libr. 2. de Iurisdict. cap. 1. num. 38.* Hincque eſt, quòd miſerunt Helvetii Oratores ad Ferdinandum I. Imperatorem, pro confirmatione ſuorum Privilegiorum, quod eſt ſpecies homagii, & recognitionis dominij, confitentes eorum libertatem ab Imperio dependere. Quod ipſum nec Bodinus negat, *1. de Republ. cap. 9.* eamque ſub Friderico II acquiſiviſſe, & ab eodem libertatis conceſſæ diploma, aureis literis exaratum impetraviſſe, Stumpffius eſt teſtis. Hinc etiam in fœdere inito ab octo Cantonibus, quos vocant antiquos, ſpeciale capitulũ extat, ubi Zürich / Bern / Schweitz / Vnderwalden / qui ſe dependentes ab Imperio declarârunt, Imperio præjudicium facere noluerunt. In fœdere inito, inter Imperium & confœderata Helvetiæ loca, expreſsè promittunt Helvetii, ſe nunquàm auxilium præſtituros externo Principi, qui bellum inferret Provinciis Imperii. Marta, *de Iurisdict. part. 1. cap. 36. num. 62. & ſeq.* Imperii item Armorum & Inſignium pictura, intus & extra Civitates Helveticas, ædibus publicis & muris infixa, monetiſque inciſa, ſymbola ſuperioritatis Dominij eſſe meritò reputantur, *l. qui libertate, l. final ff. de oper. libertor.* Weſenbecius, *conſil. 21. num. 68.* Res ſiquidem dignoſcitur, cujus ſigno eſt ſignata, *l. quod ſi neq. §. fin. ff. de pericul. & commod. rei vendit.* Et ſignũ denarij ſubindicare dominium & ſuperioritatem, notat Hieronymus Cævallos, *commun. opinion. quæſt. 745. num. 4. & 5.*

IX. Adhuc de inſigni aliquâ Germaniæ Provinciâ agã, de Boruſſiâ nimirùm, quæ quondam Imperio Romano ſubdita, nunc verò Polonorum auſpicijs, feudique titulo à Brandeburgiæ Marchionibus gubernatur. Ordo Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Hieroſolymitanæ,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [189] - 185

ſeu Domûs Teutonicorum, ab Imperatoribus & Regibus Romanorum fundatus, inſtitutus, dotatusque eſt, pro defenſione Imperii, & fidei Chriſtianæ. Hujus Adminiſtrator, ſeu Magiſter Generalis (der Maiſter Teutſchen Ordens/vnd deß Hochmaiſterthumbs in Preuſſen Adminiſtrator) ſemper Imperii Princeps & Status eſt. Hæc etiam Sanctorum Militum, ſeu Equitum Societas (Teutſche Commenthur nos vocamus) Boruſſiam ab infidelibus propriâ ſanguinis effuſione evicit. Provincia ea olim Germanos habuit incolas (ab iisq; Hulmigaria dicta fuit) quos Boruſſi Riphæorum montium accolæ, ſedium ſuarum pertæſi, validâ ſe manu in hæc loca effundentes, expulerunt; & uſque ad tempora Friderici II. Imperatoris magnam partem Idololatræ manſerunt: quo Imperatore regnante, Anno M. CCXV. dicti Ordinis Equites, Crucigeri etiam dicti, eos, ut dixi, vicerunt, & Religionem Chriſtianam docuêre, coloniisque eò ductis linguam inibi familiarem reddiderunt Germanam; ita ut pauci adhuc ſuperſint Barbari, ad Lacum Curlandicum, qui cum Livonibus, & Lithuanis, idiomate, moribus, habituque convenire dicuntur. Bertius, *in deſcript. Boruſſ.* Equites hi Teutonici ſemper infeſtos experti ſunt hoſtes Poloniæ Reges, ſibi vicinos. Hos enim Caſimirus, Rex Poloniæ, Anno M. CCC. XXXVIII. absq; diffidatione & rationabili cauſſâ, ut loquitur Ludovicus IV. Imperator, apud Goldaſtum, *tom. 2. fol. 86.* invaſit. Anno M. CCCC. XIX. nonnullæ Provinciæ & Civitates Boruſſiæ, Crucigerorum moti avaritiâ & ferociâ, ad Polonos defecerunt: inter quos tamdiu utrinque vario Marte dimicatum eſt, donec univerſum tractum, Albertus Brandeburgicus, ultimus Crucigerorum Magiſter, Cracoviæ Sigiſmundo Poloniæ Regi ceſſit, à quo eundem in Feudum recepit, Princepsque Secularis, & Eques Auratus factus, Auguſtanæque confeſſionis ſe aſſeclã eſt profeſſus Anno M. D. XXV. cujus poſtea Exemplum ſecuti ſunt pariter & Livoniæ Magiſtri, unde hodiè reſtat Churlandiæ Ducatus. Sebaſtianus Munſterus, *libr. 3. Coſmograph. cap. 494.* Caſpar Schütz/ in der Preußiſchen Chronickh/ *libr. 10. fol. 444. b.* Hocque attentatum, in omnibus ſubſecutis Comitiis, ſæpè dicti Ordinis Magiſtri impugnârunt, & banno ut notaretur Imperiali Pruſſiæ Princeps, effecerunt: de cujus tamen executione hactenus deſperârunt Germaniæ Status. Hujus rei paſſim meminit Sleidanus, & acta Comitialia congeſſit Goldaſtus, *tom. 1.* der Reichshandlungen/ *fol. 149. & ſeqq. mult.*

X. Et de Bohemiâ aliquid dicere, operæ pretium videtur. Rex eſt, qui ſuo arbitrio regit, & gubernat; & Regnum eſt propriè, quod alteri

alteri Principi, vel populo non subest. Illa verò Regna, quorum Reges alium superiorem observant, propriè non ita dici merentur. Tũque Regnum pro dignitate capitur, quæ Majestatem nec minuit, nec auget. Dieterus, *de Maiestat. thes.* 23. *tom.* 1. *Disputat. Basileens.* Dn. D. Lansius, *Disputat. de Lege Regiâ, thes.* 52. Et tale quoque est Bohemiæ Regnum. Id enim quamvis non in Circulis illis, in quos Imperium digestum atq; partitũ est comprehenditur: Romani tamen Imperii censetur esse Provincia; Indeque Johannes Baptista Castilioneus Regẽ Bohemiæ impropriè Regem dici existimat: ut eum allegat Spiegelius, *in Lexic. Iuridic. verb. Rex.* Sic & Ottocarus ille bellicosus ac potens Bohemiæ Rex, quia imperata facere renuerat, à Rudolpho I. Habspurgensi compulsus est, ut missis Austriacis, quas invaserat, provinciis, de Regno Bohemiæ, ac illi subjectis ditionibus, Silesiâ, Lusatiâ ac Moraviâ, homagium faceret, ac juramentũ solemne præstaret. Lazius, 1 *comment. Genealog. Austriac. cap.* 11. Bohemiæ ergò Regnum, Romanorum Regni nobilius est membrum, Carolus IV. in Constitutionibus apud Goldastum, *tom.* 2. *fol.* 94. ejusque Princeps Imperatoris est Elector, & Imperii Archipincerna. Aurea Bulla, Caroli IV. *cap.* 26. Hicque inter Laicos Electores ex Regiæ Dignitatis fastigio, jure & meritò obtinet Primatum, *cap.* 4. Aureæ Bullæ. Imperatoremque in Ordine Processionis Principum immediatè sequitur, *cap.* 22. Aureæ Bullæ. omnibusque Regibus externis, quacunque prærogativâ gaudentibus, in solemnitatibus Imperatorũ præferri debet, *cap.* 6. *Aur. Bull.* In Electorum Consilio; tempore electionis Regis, tertium suffragium adhibet, *cap.* 4. Ita quòd impunè præteriri nequeat, ob pœnam, quæ in Aurea Bulla est expressa (sed officium Electionis sub coronâ Regali non exercet. Goldastus, *tom. constitut.* 2. *fol.* 92.) Et cùm tempore, quo Maximilianus I. in Regem eligebatur Romanum, eò quòd fortè non satis conveniebat inter Fridericum Cæsarem, & Regem, præteritus ille fuisset; adeò id non dissimulanter tulit, ut pœnam aureæ Bullæ, in quam inciderunt Principes, acerrimè interpellando postulare non cessaret. Et tandem à Cæsare Friderico, mediante pacto atque conventione, de ulteriùs nequaquàm prætereundo Rege Bohemiæ, sub pœnâ quingentarum marcarum Auri, decisum transactumque fuit, & Ladislaus Rex ratificatâ Electione Maximiliani, liti quæsitisque renunciavit. Hermannus Maurus JCtus, *tract. de coronat. Caroli V.* quem allegat Goldastus, *in rationalib. tom.* 1. *fol.* 98. ubi multa de privilegiis Bohemiæ Regis, ut & Knichen, *de Saxonic. non provocand. jur.* Reges præterea Regnicolæque Bohemi, immunitates habent quamplurimas, quæ

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1 Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [191] - 187

recenſentur *cap.* 8. Aureæ Bullæ. Conſtitutionibus & Receſſibus Imperii non ſunt ſubjecti. Goldaſtus, *tom. Conſtitut.* 2. *fol.* 346. Et notandum eſt, quod Egnatius ait, Rem, inquiens, Bohemicam Carolus IV. mirum in modum auxit, ſed Exemplo maximè improbando. Maximum autem hoc eſt Bohemorum Privilegium, quòd jus habent Regem eligendi, *cap.* 7. *Aur. Bull.* Quod tamen ita videtur intelligendum; ut lineâ Regum deficiente, haut perveniat ad Imperatorem, non ut ſingulos Reges eligere queat. De quâ re libris & armis cruentis nuper diſputatum fuit. Et nec ſtatim pro Rege Bohemiæ, Electoreque Imperii eſt habendus, quàm Status Bohemiæ optaverint & elegerint ſibi Regem. In Regnis enim, quæ non libera ſunt, ſed alij ſubjecta, ſola non ſufficit ſuffragatio eorum, qui poteſtatem eligendi habent. Quemadmodùm namque in Feudis receptum eſt, ut mortuo Vaſallo, heres ejus à Domino inveſtituram petat, vel feudum amittat, *tit.* 22. *lib.* 1. *& tit.* 52. *lib.* 2. *Feudor* Ita etiam vel electi Reges, vel hereditario jure, aut lege ſuccedentes, Imperatoris, vel Regis, vel Populi, quem ſuperiorem agnoſcunt, auctoritate confirmandi ſunt. Vincentius Cabotius, *libr.* 1. *cap.* 12. Et quæ eſt abſurditas Bohemorum, ſubditos Imperii, Imperio præſcribere Leges, & Electorũ Conſilio, invitis Imperii Statibus, obtrudere Collegam: qui non ſit idoneus, qui non ſit è Republicâ Romano-Germanâ. Non nunc Exemplis, ex variâ Hiſtoriâ petitis, confirmationem ſuperioris Regis neceſſariam eſſe in Electione aut Succeſſione inferioris, aperiam: ſed quid olim actum fuerit in ipsâ Bohemiâ, oſtendam.

Cùm Uladislaus Rex Bohemiæ, ſenio confectus, Fridericum filiũ natu majorem inconſulto Friderico Imperatore vice ſuâ Regnum adminiſtrare juſſiſſet, ſucceſſorem ab Imperatore accepit Sobeslaum, Sobeslai filium, patruelem ſuum, quem aliquandò in vinculis detinuerat. Cromer. *6. rer. Polonic.* Diù pòſt mortuo Ladislao Rege, cùm Bohemi ſibi alium Regem eligere vellent, & etiam elegiſſent Georgium Poggiebraccium, Fridericus Imperator ejus Regni Ordinationem ſuam eſſe affirmavit, in qua Feudi ſollemnia neglecta fuiſſent. Aeneas Sylvius, *cap. vlt. hiſtor. Bohem.* Notandum denique à Regno Bohemico Feudi nomine dependere quædam in Ducatu Würtembergico Dominia, horumque Feudorum meminit der Cadawiſche vertrag/ apud Goldaſtum, *tom.* 2. *Conſtit. German. fol.* 271. §. 29. Anno XXXIV. auffgericht/ de hisque Feudis à Bohemiæ Regibus adhuc ſemper inveſtiuntur Würtembergiæ Principes. Occaſionem autem, & inſtitutum hujus juris indagare lubet. Eberhardus, Würtembergẽſis Comes, dictus Greiner/ apud Carolum IV. Cæſarem gratioſus fuit,

fuit, propter multa ei præstita officia. Undè à Cæsare Clientelæ ejus subjectæ fuerunt viginti quatuor Suevicæ Urbes Imperiales. Tandem hæ Civitates, circa Annum M. CCC. LXIII. conquerentes apud Imperatorem, se à Præside suo exactionibus gravari, eâ de causa Comes ab Imperatore & Ruperto Palatino, bello impetitus, multisque arcibus & oppidis exutus fuit. Crusius, *Annal. Suevicor. part.* 3. *libr.* 5. *cap.* 4. *&* 5. Nauclerus, & Trithemius, *in Chronic. Hirsaug. in reb. gest. Carol. IV.* Tandem pace factâ, cæteris conditionibus & hanc insertam fuisse, ex manuscriptis quibusdam cognovi, ut Marbachiũ & BotWar, à Regno Bohemiæ tanquàm Feuda in posterum dependerent.

CAP. VIII.

De Jure mutandæ Religionis, Statibus Imperii Romani competente: & quoq; insertum hîc est Responsum Juris C. B. An sine Juris communis solemnitatibus, Germaniæ Principes testari queant?

COmpluria sunt, quæ ex jure Territoriali, Statibus Imperii Romano-Germanici, competere noscuntur: eaque præter Auctores suprà *cap.* 3. *num.* 1. laudatos, luculenter etiam explicant, Bruning. *Disputat. de Iur. Vniversitat. thes.* 20. *& seqq.* Arnoldus Engelbrecht / *Disputat. de Iurisdict. Imper. thes.* 124. *&c.* Antonius Colerus, *sect.* 1 *thes.* 24. Thomas Michael, & Matthias Stephani, *tract. de Iurisdict.* Christophorus Mingius, *Disputat. de Iur. territorial. quæ est in tom.* 5 *Disputat. Basileens.* Inter illa verò vel maximè insigne, territorioque adnexum quasi jus est; quòd vigore Pacis Religiosæ, exercitium Religionis mutare possunt. Et nunquàm apud Augustanæ Confessionis assecias Autonomicus obtinebit, quòd ij tantùm Imperij Status, exercitio Religionis dictæ Confessioni conformi gaudere possint, qui tempore Passavienſis Transactionis, illam Confessionem adprobârunt: *part.* 1. der Fried-stellung / *cap.* 3. utpotè quod Litteræ Constitutionis pacis Religiosæ, de Anno M. D. LV. contrarium esse ajunt, ibi, So sie Angestellt / oder Anstellen werden.

II. Vigore hujus Constitutionis, Jurisdictionem etiam Eccle-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [193] - 189

ſiaſticam habent Imperii Status, in territoriis ſuis; inibiq; Epiſcopos repræſentant: eamque exercent ſine metu Adpellationis ad ſuperiorem; quod uſus & rationes evincunt, adductæ à Caſparo Leipoldo, *Diſputat. de concurrent. Iurisdict. theſ. ult. apud Arumæum, volum.* 1. Sanè à Conſiſtoriis Epiſcoporum, minimè ad Cameram adpellatur, ſed ad Pontificem Maximum; Ergo ex naturâ ſurrogatorum dicendum eſſet, à Dicaſteriis Eccleſiaſticis Statuum Reformatorum, non niſi ad eundem provocari: ſed ejus Imperium haut agnoſcunt. At controverſia eſt maxima; an Status aliquis Eccleſiaſticus, Imperio immediatè ſubditus, Religionem mutare, Auguſtanæque Confeſſioni accedere, ac nihilominùs dignitatem Imperiumque, & territorii ſui commoda retinere queat? Quâ de quæſtione utrinque armis, & ſcriptis publicè proſtantibus, certatum olim eſt, in cauſa Colonienſi & Argentinenſi. vide Cranium, *tract. de pac. Relig. part.* 1. *problem.* 10. *& ſeqq. duob.* Et licèt etiam ex noſtratibus nonnulli, Catholicis (quorum partes longo ſtylo defendit Author der Freyſtellung/ *libr.* 1. *cap.* 2. *libr.* 2. *cap.* 2. *libr.* 3. *cap.* 9.) accedere videantur: aliis tamen, tũ fieri hoc poſſe videtur, ſi Capituli accedat conſenſus. Laurentius Ohm, *Diſputat. de jur. Epiſcop. theſ.* 14. *num.* 3. Id quod in Epiſcopatu Magdeburgenſi, Mersburgenſi, Halberſtadenſi, Ratzeburgenſi, Werdenſi, & c adprobavit; de quibus Chytræus, & Thuanus, *paſſim in Hiſtoriis ſuis:* adde Epiſtolas Belgicas, *centur.* 2. *Epiſtol.* 84. vide Paurmeiſterum, *de Iurisdict. libr.* 2. *cap.* 2. *num.* 80. *&c. & cap. ult. num.* 46. *fol.* 920. Syringus, *Diſputat. de Pace, Relig. theſ.* 37. Friderus Mindanus, *de proceſſib. extrahend. libr.* 1. *cap.* 29. Sine infamiâ ducit uxorem in Germaniâ Epiſcopus, aliusve ex voto caſtitatem profeſſus: nec liberi illegitimi cenſentur; ut attigi Ego, *tract. de ſucceß. & elect. Reg. libr.* 1. *Diſſertat.* 10. *num. final.* Sed an idem in Galliâ dici poſſit? vide Servin. *tom.* 2. *fol.* 146. ubi de matrimonio Cardinalis Caſtilionei.

III. Nunc Reſponſum Juris, nuper à me conſcriptum ſubjungere lubet; Lectori, ni fallor, haut ingratum, & nec à propoſito noſtro alienum. Diſcutitur inibi (1) quæſtio illa, Nùm Filia Ducis, abſque Juris communis ſollemnitate Teſtamentum condere poſſit? (2) An tale Teſtamentum, valeat in vim Codicilli, aut alterius cujusvis ultimæ voluntatis? (3) An Heres, qui poſſeſſionem rerum hereditariarum, bonâ fide adeptus eſt, tueri ſe poſſit oppoſitione Teſtamenti, ſollemnitatibus carentis; ſi certò conſtet de mente ac voluntate Teſtatoris? (4) An Heres Legatarii edere cogatur Inventarium, ſeu deſcriptionem omnium & ſingularum hereditariarum rerum?

Demnach

Demnach wir Endsgenandte gepührendt ersucht worden/ vber vorgesetzte facti speciem, vnnd dero beygefügte Quæstiones, vnser Rechtlich Bedencken zu eröffnen/ Als haben wir solches in keinen weg abschlagen sollen/ darauff auch hiervon mit einander reifflich deliberiert/ vnd befunden: daß so vil die erste Quæstionem (darvon zugleich die zwo volgende guten thails dependiren) anbelangt/ bey selbiger allerhandt starcke Dubitandi Rationes, darumb streitige Dispositionen gantz für nichtig vnd von ohnwürden geachtet werden möchte/ sich eraigen.

Rationes Dubitandi.

Quamvis enim tralatitium sit, Principem ad nullam omninò juris Civilis solemnitatem, dum ultimum suum Elogium prodit, adstringi, Castrensis, *in l. si quis Imperatorem, num* 1. C *qui testam. fac. poß.* Jason, *in l. ex imperfecto, num* 2. C. *de testam.* Vasquius, *de succeßion. creat. libr.* 3. §. 26. *num.* 1. Mantica, *tract. de conjectur. ultim. volunt. libr.* 6. *tit.* 1. *num* 39. Marcus Antonius, Natta, *consil.* 402. *num.* 46. Menochius, *consil.* 351. *num.* 8. & 9. Attamen hoc non exiguæ auctoritatis Doctores, id ad eos tantummodò Principes restringunt, qui præter Deum & gladium (ut vulgò dici solet) superiorem alium nõ habent, non qui Imperatorem, vel alium Regem recognoscunt; ut novissimé attestatus est Franciscus de Barrij, *tract. de succeß. lib.* 1. *tit.* 2. *in princ.* Et in specie Principibus Germaniæ, excepto Imperatore, hanc facultatem non esse, videtur censuisse Sichardus, *in l. sancimus, in princ. num.* 18. & 19. C. *de donation.* Et voluêre idem ante eum, Corneus, Socinus Junior, & alii, in locis relatis à Capiferreo, *tract. de nu. test part.* 1. *cap.* 23. *num.* 20. Ut & rerum Germanicarum callentissimus JCtus, Dn. Henricus à Rosenthal, *cap.* 12. *conclus.* 10. *num.* 16. in hanc quoque sententiam concedit, dum ita scribit: Quamvis ex abundanti concesserim, in Ducatu, vel Comitatu, Ducem, aut Comitem ea posse, quæ Imperatori in toto Imperio licent; nihilominùs videtur id respectu tantùm subditorum intelligendum. Nam si de Testamenti minùs sollemnis valore; putà tantùm coram duobus, aut tribus testibus conditi, incideret Quæstio, illa apud Superiorem instituenda & agitanda esset: qui haut facilè concederet, hanc personam litigantem, intelligi à potestate & Legibus suis solutam. &c. Cùm enim propter absolutam, Legibusque liberatam potestatem, quæ competit solis Principibus supremis, *l. Princeps* 31. *ff. de Legib.* Lex quoque Imperii à sollemnibus Juris (& ita etiam coram septem

testibus testandi) eosdem solvat, *l. 3. vers. licet, C. de testam.* patescit indè, Principes alteri subjectos, quales in Germaniâ Duces, Marchiones, Comites, &c. sunt (quosque Andreas Knichen, Imperii Vasallos Ligios vocat, *cap. ult. a princ. tract. de territor. Iur.* & qui non solùm Feudi, sed & Personæ nomine, Imperatori sunt obligati. Rosenthal, *de feud. cap. 5. conclus. 13.*) eodem illo non fruisci Jure.

Vnd ob schon fürs Ander von vilen dahin geschlossen werden will/ daß die Fürsten vnd Fürstenmäßige Ständt deß Heyligen Römischen Reichs/ als Mittglider desselben/ vnd wegen jhrer bekandten hocheit/ fast alle Privilegia, Immunitäten/ vnd Freyheiten/ quæ ipsi Imperatori cõpetunt, haben vnd geniessen/ auch sonderlich absq; solemnitate testirn, vnd jhren letsten willen auffrichten können / So will je doch nicht ohne Vrsach gezweiffelt werden/ Ob solchs dergleichen ein Fürstlichs Fräwlin zuthun befugt gewesen/ welchs keinen Standt oder Stimm in dem Fürsten Rath/ auch weder Land noch Leuth / noch einig Territorium gehabt / darinn selbiges regalem & supereminentem Jurisdictionem exercirn, oder als ein Fürst gebieten vnd verbieten können. Etenim qui talia Privilegia, Principibus, Ducibus, & Comitibus superiorem recognoscentibus adscribunt, causam hujus rei hanc suæ assertioni ut plurimùm adponunt, quòd illi nempè Regalia habeant, Legisq; condendæ potestatem, & alia Jura Principatus: ac ita in Territoriis suis, eandem obtineant potestatem, quam Imperator in Imperio universo. Paulus de Castro, *consil. 34. col. 2. vol. 2.* Alexander, *consil. 1 col. 8. vol.* Decius, *consil. 516. n. 4.* & cõplures alii, *citati in addition. ad Romani consil 59* ut & à Cæphalo, *consil. 539. n. 15.* Riminaldo juniore, *consil. 156.* ac Cacherano, *in decis. Pedemont. 156. n. 1.* Ut & in terminis nostris, Michael Grassus, §. *Testamentum, quæst. 6.* scribit: Principes jure militari, id est, absque omnibus solemnitatibus testari posse, dummodò tales sint, qui non recognoscant superiorem, vel si recognoscant, habeant tamen Jura Imperii, sibi à Principe concessa, aliàs non. Pariter hanc liberè testandi potestatem, haud extendendam esse ad inferiores, quibus jurisdictio etiam cum Mero & Mixto Imperio est cõcessa, luculenter evincunt ea, quæ latè tractat Hartmannus Pistorius, *libr. 3. quæstion. jur. quæst 9. per tot.* Et ideò cessante, in hâc Illustrissimâ Testatrice, causâ & ratione privilegii, jus etiam ipsum hoc singulare cessare debere videtur, Andreas Tiraquellus, *in tract. cessant. caus. part. 1. num. 204.* Et etiam caussa limitata, limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de adquir. rer. domin. l. cancellaverat, ff. de his, quæ in testam. delent.* Decius, *consil. 2 volum. 1.*

Für das Dritte/ will auch dieser Disposition vmb etwas in dem weg stehen/

weg ſtehen/daß das Teſtierende Fürſtliche Fräwlin/nicht in jhrem aigenen/noch auch in jhres Herrn Vatters/ aut familiæ & agnationis ſuæ, ſondern in einem gantz frembden Territorio vnd Bottmäßigkeit geweſen/ derowegen allda pro privatâ perſonâ zu achten/vnnd ſich keines Fürſtlichen Actus oder Privilegij mit fugen anmaſſen oder gebrauchen könden.

Quippè nam certi juris eſt, quòd ſuperior extra Provinciam ſuam pro privato habeatur, *l. 3. ff. de offic. præſid.* Cothmannus, *conſil. 2. à princip. volum. 5.* & extra territorium nemo jus dicere poteſt, *l. fin. ff. de iurisdict.* Et pertinet hûc, quod Bernhardus Girhardus, *Hiſtor. Gallic. libr. 20.* ſcribit: cùm Sigiſmundus Imperator, Caroli V I. Galliarum Regis Hoſpes, Sabaudiæ tunc Comitem, Ducis titulo in Gallicano territorio inſignire vellet, impeditum eum fuiſſe à Regiis miniſtris, eò quòd Imperator in Galliis, tanquàm territorio alieno, nullum actum ſuperioritatis exercere poſſit. Quod & refert Guilielmus Paradinus, *in hiſtor. urb. Lugdunens. libr. 2. cap. 92.* Et diſputatum idem fuit in Proceſſu Criminali Mariæ Stuardæ, Scotorum Reginæ, cui in Angliâ captivæ, omnia Regia Privilegia, denegata, & ea planè ut privata perſona condemnata, ſupplicioque affecta fuit, ut Meteranus, Thuanus, aliique Hiſtorici produnt.

Wann dann das Teſtierende Fürſtliche Fräwlin/ utpotè in alieno territorio quæ verſabatur, inibi pro privata zu halten geweßt Als will es das anſehen haben/ quòd Illuſtriſſimus inſtitutus Heres, etſi eidem omnia Principũ Privilegia competant optimo maximo jure, nichts deſto weniger doch in Crafft ſelbiger/ ex hoc imperfecto, minusque ſolemni Teſtamento in keinen weg etwas forderẽ könne/ Quippiẽ Princeps aut Auguſta, heredes inſtituti, jure communi utuntur, *l. cũ heredes, C. qui teſtam. fac. poſſ.* Et ex imperfecto Teſtamento, nec Imperator hereditatem vindicare poteſt, *l. 3. C. de teſtam.*

Zum Vierdten/ weil diſes Teſtierende Fräwlin von jhrem Herrn Vattern vnd Vorfahrn/ nicht dem Römiſchen Reich immediatè vnderworffen: ſondern der Crohn Böheim vndergeben geweßt/ möchte auch villeicht in zweiffel gezogen werden; Ob die Sileſiſche Fürſten/ den ohn mittelbahren Fürſten vnd Fürſtmäßigen Ständen Imperii Romano-Germanici, ratione Dignitatis, Privilegiorumque Principalium zuvergleichen: vnd diſes ſo von Rechts oder gewohnheit wegen dẽ Teutſchen Fürſten gebührt/ ſich mit fugen anmaſſen können.

Etenim Sileſiæ Principes non Imperatori, & Imperio immediatè ſubjecti, nec ita liberi eſſe videntur & abſoluti, ut ij, qui in Germaniâ ſunt, & illius Imperii membra exiſtunt, autocraticoque jure

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [197] - 193

gaudent. Hucque pertinere videtur, quod in Speculo Saxonico, *libr. 3. Artic. 58.* duo genera Principum recenſentur, & ibidem Gloſſa ait: wiſſe aber/ daß der Fürſten Zweyerley ſeindt/ Etliche heiſſen Schlechte Fürſten/ Etliche deß Reichs Fürſten/ deß Reichs Fürſten aber ſollen bey dreyen dingen erkennen/ das Erſte iſt/ daß ſie keinen Lehen Fürſten zum Lehenherrn haben/ dann den König (putà Imperatorem) allein. das Ander iſt/ daß ſie jhr Fürſtenthumb mit einer Fahnen oder Scepter empfangen ſollen. Zum Dritten ſollen ſie ſolch Landt haben/ die ein Fürſtenthumb haiſſen. Quæ cuncta ferè in Illuſtriſſima noſtra Teſtatrice deficere videntur. Et porrò, quòd in Sileſia Jus Saxonicum ſit in uſu, innuit Schifordegher, *libr. 1. tract. ult. quæſt. 7.*

Letſtlichen vnd zum Fünfften/ geſetzt/ es hette das Fürſtliche Fräwlin/ propter Illuſtriſſimam Dignitatem, omni abſque ſollemnitate juris teſtiren können; So möchte doch gar ſcheinlich fürgewendt werde/ daß diſe jhrer Fürſtlichen Gnaden verordnung/ nicht allein ratione ſolemnitatum, ſondern zumahl ratione voluntatis imperfect vnd mangelhafft ſeye/ In dem nämlich mehr hochgedacht jhre Fürſtliche Gnaden vor deren Seeligen Ende/ coram Notario & Teſtibus, ac ita ſollemniter teſtiren wöllen/ aber durch zu bald ervolgten Todtfall/ hieran verhindert worden.

Dicitur autem Teſtamentum Imperfectum ratione voluntatis & illud, quandò ſcriptum, non tamen lectum, aut publicatum coràm teſtibus fuit. Cephalus, *conſil. 294.* ubi atteſtatur de communi. Ac tale itidem reputatur pariter & iſtud, ſi ſcriptura Teſtamenti à teſtatore publicari deſtinata, coram teſtibus & Notario poſtea publicata non ſit, juxtà *l. fideicommiſſa 11. §. 1 ff. de legat. 3.* Bartolus, *in l. ſi is qui, ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Alexander, *conſil. 96. num. 9. libr. 3.* Decius, *conſil. 488. num 15. verſ. præterea.* Jaſon, *conſil. 68. col. ult. libr. 1.* Ruinus, *conſil. 15. num. 11. verſ. & in primis, libr. 2. & conſil. 1. num. 8. libr. 3.* Franciſcus Hottomannus, *conſil. 55. num. 12. & 13.* Menochius, *conſil. 42. num. 14. libr. 1. & præſumpt. 5. num 7. cum aliis ibi allegatis.* Ac porrò ſi Teſtamentum ſit imperfectum voluntatis ratione, tunc nec ſuſtineri poteſt, utcunque aliàs privilegiatum eſſet: & ita non valet Teſtamentum inter liberos, ſi ſit voluntatis ratione mancum. Ita ſentit gloſſa, *in l. ſi is qui, ff. de teſtam.* quam omnes ſequuntur, ut dicit Riminaldus, *in l hac conſultiſſima, 21. §. ex imperfecto, C. de teſtam. à princip.* illamque communiter approbatam eſſe teſtatur Ruinus, *conſil. 15. num. 2. libr. 2.* Ac ſi reperiatur ſchedula

schedula scripta, vel subscripta manu propriâ ipsius Testatoris, continens ejus ultimam voluntatem, disponendo de bonis suis, in favorem etiam piæ causæ, hoc tamen casu tenendum esse ajunt, quòd talis schedula non sustineatur in vim Testamenti, neque alterius ultimæ voluntatis, propter favorem ipsius piæ causæ: ex quo nullam habet formam, propter quam illi debeat fides adhiberi. Ejusmodi enim schedulam, magis præparationem ad disponendum, quàm dispositionem aut declarationem voluntatis haberi debere, Socinus Junior, *consil.* 189. *num.* 73. *libr.* 2. ait, ubi enumerat authoritates plures.

Rationes Decidendi.

Ob wohlnuhn bißhero angedeutte Rationes diſe Sach nicht wenig zweiffelich machen / vnnd ſo vil verſchaffen ſcheinen / als wann gegenwertige Diſpoſition gäntzlich vnnd durchauß von ohn würden / deſſen iedoch ſambtlichen / vnnd anders mehr / ſo herwider vorgebracht werden möchte / vnnd wir reifflich erwogen / ohn verhindert / ſind wir der gäntzlichen mainung / daß offt hochgedachtes Fürſtlichen Fräwleins endtliche verordnung (vnnd daran quoad enixiſſimam voluntatem, man ledig nicht / vnnd in keinen weg zu Zweifflen) von Recht vnnd billichkeit wegen / gültig / auch aller maſſen ſelbige zum Andern mahl auff das Papeyr gebracht / vnnd von ihro Fürſtlichen Gnaden / in præſentiâ Servitii Aulici, an vnderſchiedlichen ſtellen ſubſignirt, oder vnderſchriben worden / omnibus ſimul unà circumſtantijs perpenſis, ohne widerred zu exequirn vnnd zuvolziehen ſeye.

Dann für das Erſte / hieoben in primâ dubitandi ratione beraits mit viler Anſehenlichen Rechtslehrer Stimm vnnd Mainung erhalten worden: quòd Princeps nullas, niſi meri juris gentium ſolemnitates, in condendo ſuo ultimo elogio obſervare teneatur; vnd obwohl etliche Doctores, als Cynus, *in l. ſi quis Imperatorem, in princ. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Bartolus, *in l. cùm heredes, num.* 1. *ubi &* Salicetus, *num.* 1. *C. dict. tit.* Jaſon, *in l. ſi frater. in princ. C. eod.* dahin incliniren wollen / quòd etiam Princeps nullâ, dum ultimum arbitrium conſcribit, præeminentiâ fruatur, ſed potiùs activè & paſſivè ſimul, in condendis Teſtamentis jure privati utatur.

So wirdt doch diſe Meynung à Friderico Pruckmanno, *in tract. de Regalib. §. ſoluta poteſtas, cap.* 4. *membr.* 3. *effectu* 1. *fol.* 647. *& ſeqq.* ſatis o-

perosè widerlegt/dahin wir vns geliebter Kürtze halben gezogen haben wollen.

Undè porrò conſequentiâ juſtâ Doctores vulgatiſſimo ſcito deducunt: Licèt in reliquis Teſtamentis, fœmina non poſſit eſſe teſtis, *l. qui ex teſtamento. §. mulier ff. de teſtam. & §. Teſtes autem, Inſtit eod. tit.* tamen fœmineum teſtimonium, in Teſtamento facto à Principe valere, nõ ſecùs, ac teſtimonium maſculorũ: Et proindè per duos teſtes, etiam fœminas, ſat erit probari, Teſtamentum à Principe fuiſſe factum. Ac ut in tali Teſtamento, ea ſolemnitas ceſſat, quòd teſtes ſint maſculi, eâdem ratione ceſſabit & ſolemnitas illa, quæ in reliquis Teſtamentis deſideratur, ut nempè teſtes ſeſe ſubſcribant, iuxta *l hac conſultiſſima, in princ. C. de teſtam. & §. Sed cùm paulatim, Inſtit eod.* Et licèt in privatorum Teſtamentis ſignaculis teſtium ſit opus; *d. l. hac conſultiſſima, & d. §. ſed cùm paulatim, l. ad teſtium, § fin. ff. eod* tamen illud remiſſum eſt in hoc Teſtamento. Inſuper etſi Teſtamenta regulariter fieri debeant uno contextu; attamen in Principis Teſtamento id ut fiat, opus haud eſſe dicit Author graviſſimus, Fernandus Vaſquius, *in tract. de ſucceſſ. creat. libr. 3. §. 26. in princ.* Qui & ibidem addit, quòd in Teſtamento facto à Principe, non ſit neceſſe, ut teſtes ſint in conſpectu teſtantis, non magis, quàm in actibus inter vivos, in quibus expeditum eſt, non oportere, quòd teſtes in præſentiâ contrahentium exiſtant, ſecundùm ſententiam veram & communem: quam tenet Caſtrenſis, *in l. 2. §. idem Labeo ff. de aqu pluv arcend.* Quamq; communiter approbatam dicunt, Alexander *num. 6.* & Jaſon, *num. 9. in l. ſi non ſpeciali, C. de teſtam.* Præterea in Teſtamento Principis neceſſum non eſt, teſtes eoſdem toti Teſtamento præſentes fuiſſe; quinimò ſat erit, contenta in Teſtamento noviſſe: ſive tempore Teſtamenti, ſive antea, ſive poſtea: Et inſuper ſufficiens erit, quòd quidam teſtium probent certam teſtamenti partem, alii verò teſtes reliquam Teſtamenti partem; vel quòd quidem teſtificentur, Principem fuiſſe præſentem ad quandam Teſtamenti partem; alii verò teſtes reliquæ Teſtamenti parti Principum adfuiſſe deponant. Ita ut hâc in re, pro formâ illius Teſtamẽti requiratur aliud nihil, eaq́ue ſola probatio exigatur, quæ depoſcitur in actibus inter vivos: Vaſquius, *dict. loc.* Et id quoque Teſtamentum non vitiabitur per abbreviaturas, vel ex eo, quòd per notas inſolitas conſcriptum invenitur, prout cuncta hæc non Vasquius ſolùm, ſed & Raudenſis, *de analog. univoc. & æquivoc. libr. 1. cap. 28. per tot* longo ſtylo docent.

Diſes Privilegium aber gebühret pro ſecundo nicht allein Den jenigen Fürſten vnd Herrn/ ſo in jhren Landen abſolut, oder Königlichen gewalt

walt/ ſondern es wird auch communiſſimè vnd ohn widerſprechlich den inferioribus Principibus, vnd ſelbigen zugeſchriben/ welche einẽ andern Herren vnderworffen/ da ſie allein Fürſtlichen Titul/ Ehr vnnd Würde haben/ Et in ſpecie, non ſolùm Superiores, ſeu ſupremos Principes; verùm etiam Inferiores, Teſtamentum taliter conſcribere poſſe, eoque ſine ſollemnitatibus teſtandi privilegio gaudere, primi voluêre, Bartolus & Franciſcus Piſanus (qui jure factum eſſe, teſtamentum taliter à quodam ex Urſinâ familiâ conſcriptum aſſeruêre) Eoſque referunt, Baldus. *in l. ſancimus, in princ. num. 5. C. de donation.* Jaſon, *in l. ex imperfecto, num. 2. C de teſtam.* Capyzius, *deciſ. 203. num. 3 circ. med.* Mantica, *tract. de coniectur. ultim. voiunt libr. 6. tit. 1. num. 39.* Menochius, *conſil. 351. num. 9* Et quoque idipſum diſcretè itidem decidunt, Alexander. *in l. omnium, num. 8. C. de teſtam* Capi erreus, *tract. de num. teſt. part. 1. cap. 24. num. 6.* Eaque opinio ultrà quòd ſit communis, firmiſſimam etiam rationem habet. Namque Duces, Marchiones, reliquique Principes, quibus perpetuò Dignitas. Regalis in ſuo Principatu eſt conceſſa, jura obtinent Imperatoris. Cacheranus, *deciſ. 88. num. 17.* Borcholt, *tract. de feud. cap. 5. num. 3* qui communem dicit, Paulus de Caſtro, *conſil. 34. num. 2 volum. 1* Et ab Imperatore, nil niſi ambitus ratione, „ ceu ſcapha à navi differre cenſentur Baldus, *in Rubric num. 1. quæſint Regal.* Inſuper Duces, aliosque Principes Regalia habentes, exercere poſſe plenitudinem poteſtatis, (& ſic omnia exindè reſultantia Privilegia habere, quæ ipſis non expreſsè adempta reperiuntur) ſuperiorem quamvis recognoſcant, uſu adprobatum, communiterque receptum eſſe, docet Ludovicus Rudolphinus, *tract. de ſuprem. ſeu abſolut. Princip. poteſt. cap. 2. num. 5. &c* Sic & Boſſius, *in tit. de crim. læſ. Maieſt. num. 55.* ſcribit, eo ipſo, quòd quis eſt Dux creatus, ſimul eum habere Privilegia eorum, quibus competit plenitudo poteſtatis, etiamſi ſuperiorem recognoſcat. Et ita quoque tenet Lancellottus Conradus, *in Templ. omn. iudic. libr 1 cap. 4. de Duce, num. 11. verſic quo circa,* Alexander, *conſil. 1. ponderatis his, ſub num. 13. verſic non obſtat etiam, volum. 5.* Alciatus, *conſil. 5. quia privilegium, num 26. verſic. ſexta concluſio. libr. 4.* Natta, *conſil. 402. viſis Actis, ſub num 18. verſic. veruntamen, & ſub num. 21. redeundo modò,* Marcus Antonius Peregrinus, *in tract. de jur. fiſc. libr. 1. tit. 2 de his, qui jura fiſcalia habent, num 79. verſic ſed adverte.* Ac latè id perſequitur Petrus Antonius de Petra, *de poteſt. Princip. cap 3 quæſt. 4.* qui idem *cap. 4.* multis autoritatibus probat, quòd ſicut valet Teſtamentum Imperatoris ſine ſollemnitate, ita etiam & Teſtamentum cuiuslibet alterius Domini inferioris, robur habere. Idque vulgò comprobari item ſolet

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [201] - 197

ex Coronâ Aureâ, cùm gemmis & lapidibus precioſis affixis, ſeu inſculptis, quâ Duces coronari ſolent: ut atteſtatur Marinus Freccia, *in tract. de ſubfeud. tit. quis dicatur Dux, num. 44. & num. 45. libr. 2.* Quæ talem eminentiam honoremque deſignat, quemadmodùm Paris de puteo, *in tract. de duell. quæſt. 5. §. quoniam, num. 5. verſ. in qua quæſtione, libr. 7.* & Lancellottus Conradus, *in templ. omn. judic. libr. 1. cap. 1. §. 1. in princ. ſub num. 12.* aſſertant.

Wann nuhn deß Teſtierenden Fürſtlichen Fräwlins Herr Vatter/ vnd ſambtliches Geſchlecht/ wie (geliebts Gott) in Reſponſionibus ad quartam dubitandi rationem, mit mehrerm angezeigt werden ſolle/ Vhralte Hertzogen vnd rechte Fürſten ſeindt/ als ſchlieſſet ſich hierauß/ daß ſelbigen dergleichen Fürſtliche Freyheiten/ vnd alſo auch ohne Zierlichkeit der Rechten zu teſtirn/ in alleweg gebühren thue.

Auß welchen dann fürs dritte noch ferners wohl ſchließlich ervolgen thut/ daß nicht weniger das Privilegium abſque ſollemnitate zu diſponirn, einem Fürſtlichen Fräwlin oder Tochter/ auß dergleichen Geſchlecht entſproſſen/ mit keinen fugen abgeſtrickt oder genommen werden möge/ welches mit gutem grundt zubezeugen/ vorderſt in acht genommen werden ſolle/ quòd Princeps duplicem habeat poteſtatem, ac duplicia item Privilegia ei competere videantur. Ac nempè quædam quaſi realia cenſentur, quæ utpotè ipſi competunt intuitu jurisdictionis ſublimioris, quæ territorio inhæret; vigore nempe cujus extra ordinariâ, Legibusque ſolutâ poteſtate utitur, ferè conſimili, ei, quam habet Imperator in Imperio univerſo; Alia perſonam magis ſubſequuntur, Principique non territorii, ſed dignitatis, ac Illuſtriſſimæ nobilitatis, fideique & legalitatis competunt ratione, id quod apertè probat *Lex Princeps 31. ff. de Legib.* ubi Legibus ſolutæ poteſtas, Principi adſcribitur, Auguſtæ verò tantummodò tribuuntur privilegia, quæ Princeps habet, Et ideò differentia neceſſariò erit conſtituenda, inter eam poteſtatem, quam Princeps intuitu Imperii, ſeu Regni habet (& quæ planè incommunicabilis eſt, Sixtinus, *de Regalib. libr. 1, cap. 5. à princ.*) Ac inter illa Privilegia, quæ Princeps Auguſtæ communicare ſolet. Auguſta enim non fit verè Princeps, Imperiive & poteſtatis abſolutæ conſors; eſſet enim id contra Monarchicam imperandi rationem. Cùm verò Auguſta Principis privilegiis fruatur: ſequitur omninò, quòd aliud ſit Legibus ſoluta & extra ordinaria poteſtas; offibus Principis (ut loquuntur) inhærens: aliud Privilegium Principis, communicatum Auguſtæ. Talibus autem Principum perſonalibus Privilegiis accenſeri ſolet, quòd Principis præſentia reliquarum ſollemnitatum

defectus

Quò fit, quòd quando instrumentum aliquod esset inutile, & non faceret ad causam: illius editio peti non potest, quia cessat æquitas, & calumnia petentis innotescit. Baldus, *in Rubric. C. de fid. instrum. num. 22. versic. conclusio sequitur.* Berous, *consil. 19. in causa, num. 12. & 18. libr. 3.* frustrà enim fit, quod factum non relevat, *l. aliquando §. sub conditione, ff. ad Trebell. & l. si quis §. exigitur, ff. de edend. ibi, ne fortè vel supervacuas*, ac ibidem Angelus notat, & concordantes allegat. Ita quòd, si quando instrumentum sit edendum, tunc non totũ sed particula tantùm ad causam faciens edi debet. *l. argentarius, ff. de edend. & ibi Doctores*, Bartolus & Baldus, *in l. precibus, C. de precib. Imperat. offeren.* Natta, *consil. 8. num. 1.* Cumque inventarium sit caput rationis reddendæ, Bartolus, Castrensis, ac Imola, *in l. cùm tale § 1. ff. de condit. & demonstrat.* ubi etiam Baldus tradit, heredem, qui adstringitur ad reddendam rationẽ Fideicommissario Universali, rerum hereditariarum, teneri ad confectionem inventarii; quod est caput rationis reddendæ; consentit Curtius Senior, *consil. 29. ad fin. & consil. 66. col. 8. circ. fin. ut & in tract. de sequestr. num. 17.* Jason, *in l. Marcellus num. 61 ff. ad Trebell.* Nam per ipsum fit facilior redditio rationis, *l. 1. §. officio ff. de tutel. & ration. distrahen.* Angelus, *consil. 44. cap. fin.* quem sequitur Boerius, *decis. 61.* ubi concludit, quòd inventarium dicitur caput omnium rationum. Cùm ergò Illustrissimus institutus heres; Legatariis illis, non nisi quò ad nomina, ac actiones, vnd so vil die Schuldforderungẽ betrifft/rationem reddere teneatur, sequitur, illum nec eorum nomine aliud inventarium (dann so-

vil die

vñ die Schuldforderungen anbelangt/vnd da obverſtãdene Legatarij ein Intereſſe prætendirn, vnd rechnung zu erfordern befügt) conficere vel edere teneri. Et conficit heres tantùm Inventarium generale, eo fine, ne Legatariis & creditoribus ultra vires hereditarias ſatisfacere teneatur, *l. fin. §. Si quis autem temerario; ubi Dd. C. de jur. deliber.* ibique gloſſa & Angelus, *in §. ſi verò non fecerit, in Authent. de heredib. & Falcid.* Paulus de Caſtro, *conſil. 164. col. 2.* Alciatus, *conſil. 1. num. 17. & conſil. 195. in princ. item conſil. 393. in princ.* Cotta, *in memor. Incip. Inventarii confectio. in princ.* Fernandus Vaſquius, *tract. de ſucceſſ. creat. §. 1. num. 26. verſic. ab iſta autem.* Sequitur, Celſiſſimum noſtrum heredem, qui hiſce Legatariis ex mente Illuſtriſſimæ Teſtatricis omninò ſatisfacere cupit, ad talis generalis Inventarii confectionem & editionem non teneri, ſed tantùm ad Articulum; qui ad eos ſpectat, argumento traditorum à Bartolo, *id l. ſi hereditas, in fin. princ. ff. de teſtament. tutel.* Saliceto, *in l tutores. col. penult. verſic. quæro undecimò, C. de adminiſtrat. tutor.* Ac tantum de hiſce quatuor Quæſtionibus diſſerere lubuit: ſpicilegia quaſi legendo, cùm aliorum præclariſſimorũ Juriſconſultorum Reſponſa jam extent, quibus Jus Illuſtriſſimi Domini Actoris clariſſimè deductum fuit.

DISCURSUS V.

In quo Rerumpublicarum formæ inter ſeſe comparantur: & illarum præſtantiæ certamen examinatur.

CAPUT I.

De Monarchiæ, Democratiæ, & Ariſtocratiæ prærogativa, quam ſingulæ habere videntur.

Maxumis, ut videtur, difficultatibus impedita quæſtio eſt: quænam Reipublicæ forma, Civitati cuipiam optanda ſiet? uniusné Imperium, an multitudinis, an paucorum, an verò illa, quàm ſuprà, mixtam Reipublicæ ſpeciem appellavi. Quâ de quæſtione, videri etiam poteſt Canonhiero, *lib. 5. dell' introduzz. alla politica. cap 1. & ſeqq.* Et quidem Legislator, quique civili facultate verè pollet, tùm quæ Reipublicæ

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1 Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [221] - 217

Constitutio simpliciter optima sit ; tùm quæ sit optima pro ratione suppetentium, novisse debet. Aristoteles *libr. 4. politicor. cap 1.* Multa namque inveniuntur absolutè præstantiora, quæ tamen omnibus cõgruere haut putantur, & aliud est ἁπλῶς, aliud τινὶ ἀγαθὸν: sunt venena interdum remedia ; & alexipharmaca nonnunquàm venena. Simpliciter optimam esse Monarchiam, vel Regnum, multis pervincere sategêre multi ; in hocque consentit tàm veterum, quàm recentiorum Politicorum, Historicorumq; , imò & Theologorum, aliorumque litteratorum pars maior. Robertus Bellarminus , *libr. 1. de Christo, cap. 3. ad fin. & idem libr. 1. de Pontifice, cap. 2. & 4.* Johannes Gerhardi, *loc. de Magistrat. politic. num. 133. & seq.* Herodotus, *libr. 3. fol. mihi 85. &c* Bodinus, *libr. 6. de Republic. cap. 4. & in Method: Historiar. cap. 6.* Lipsius, *libr. 2. monit. politic. cap. 1.* Jovianus Pontanus, *lib. 4. de obedient. cap. 2.* Hippolytus à Collibus, *in Principe cap. 1.* Knichen, *de Saxonic. non provocand. jur. ad verba. Ducum Saxoniæ. cap. 3. num. 19. & c.* Henningus Arnisæus, *doctrin politic. libr. 1. cap. 10.* Keckermannus, *libr. 1. politicor. cap. 1. & Disputat. practicar 29. problem. 6.* Donellus, *libr. 1. Commentar. cap. 1.* ubi vide Osvvaldum Hilligerum , *liter. p.* Jacobus Alemannus, *consultat. 4.* Louys de Guyon, *tom. 1. de diverses lecons, libr. 3. cap. 19.* Clemens Timplerus, *politicor. libr. 5. cap 2. quæst. 5.* Schönborner, *libr. 5. politicor. cap 2.* Chokier, *aphorism. politic. libr. 1. cap. 3.* Simanca, *libr. 3. de Republic. cap. 2. & 3.* Velstenius, *centur. quæst. politic. decad. 7. thes. 3.* Melchior Junius, *part 1. quæstion. politic. 4.* Dn. Hieronymus Elver, *epistol. 39.* Jacques Hurault, *libr. 1. des Offices d'Estat. cap. 3.* Argumenta, quæ pro hâc opinione adferuntur, plura sunt, nec est ut ea exscribam: pauca & saltem majoris quæ sunt momenti adducam (1) Communissima & antiquissima est forma Rerumpublicarum , Monarchia. Et ita petierunt à Samuele olim Israëlitæ Regẽ, ut Italiæ omnes gentes. *li. 1. Samuel cap. 8. vers. 5.* (2) Facilius reperitur unus vir bonus , & justa servans , quàm plures: facilius que unius instituto, accommodare animos subditi possunt, quàm multorum & variorum opinionibus placere (3.) Inprimis verò haut leve est commodum Monarchiæ; quòd in Regno, ad Regis se omnes accommodant exemplum: & ideò facilis est institutio Reipublicæ universæ, uno benè instituto Rege. Ac si quæ est in Regno labes, ea haut difficulter corrigitur; & incorrigibile si in Principe vitium sit, unà id interit cum ejus vitæ: maximè ubi electio est in usu. Oligarcharum ambitio, & plebis furor, perpetua sunt; nec nisi cum Republicâ intereunt. (4.) Democratia contra omnem rationem imperandi esse videtur. Undè Lycurgus cuidam postulanti , ut summam Reipublicæ potentiam populo traderet : primùm eum ita rem suam fami-

familiarem seu domesticam instituere jussit. Plutarchus, *in Lycurgo*, (5.) Accedit natura vulgi, non ad servanda, sed ad turbanda omnia, consilia sua plerunque dirigens. Consilium non est in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia; quæ omnia sollicitæ administrationi contraria existunt. Semper Marcus Cicero, quæ populus fecit, ferenda, non laudanda esse dicebat: aut humiliter servit, aut superbè dominatur. Scitè Seneca: quæ ego scio, non probat populus: quæ probat populus, ego nescio, &c. vide Eberhardum à Weihe, *in tract. de prærogativ. succession. mihi D. 7. &c.* Pierre Charron, *de la sageße, libr. 1. cap. 52.* populum decipere in proclivi est, palpoque obtruso, rapturis diversa. Apud Aristophanem, *in Equitibus, Act. 3. Scen. 2.* Chorus:

O Imperium qui habes
Pulcrum: te homines pople
Cuncti metuunt, velut
Virum urbe tyrannum hâc.
At tu facilè potes
Falli. facilè capi,
Palpumq; si nis tibi
Obtrudier, ore hias,
Cùm quis loquitur, procul
Sed corpore abest mens.

Populus rarò libertatem ferre potest. Sicque Cæsarem abhorruit vivum: Suetonius, *in vitâ cap. 8.* occisum impotenter luxit. Suetonius, *ibidem cap. 84. & seq.* (6.) Haud ratio Imperii benè constat, nisi uni reddatur. Et ideò in Monarchia facilior est ratio imperandi, magisq; ordinata; cùm nempè ibi omnia referantur ad unum, qui plures sibi invicem habet subordinatos. Ac ita commodissimè assequitur suum proprium finem Monarchia: indeque potentissimæ Respublicæ Monarchicæ fuerunt, ac etiam diutissimè duraverunt. Ex quo etiam precarium, & multis exceptionibus limitatum Imperium, nonnullis minimè arridet. Sicque apud Curtium, Alexander Magnus inquit: Mori præstat, quàm Imperatorem precariò esse. (7.) Monarchia Nobilitati est optanda, contra oppressionem & insolentiam plebis: Boccalini, *centur. 1 ragguag. 26.* & eadem etiam tuetur plebem contra impotentes, suaque Nobilitate superbientes. (8) Libertatem Respublica prætendit, sed semper in Imperio omni, plurima pars servit: ac æquè pauperibus malè est, in Democratiâ, ac in Dominatu. Et populi, qui nemini jus regnandi contulerunt, licèt abhorreant ab omni nomine servitutis; synceram tamen non habent libertatem: ut in Icone Animarum, *cap. 13. à princip.* Barclaius docet.

II. Ab aliis, ea ratio administrationis, à libero quæ instituitur populo; quàm illa, ab unius, vel paucorum quæ pendet potestate, melior judicatur: non frivolis prorsus de caussis. vid. Johannem Angelum Politianum, *in tract. de form. Rerumpublicar. contra Bellarminum, per discursum.* (1) In statu populari, vera Respublica est. At verò in Principatu, summum ferè habetur bonum, Principis privatum emolumentum. Non ullus est Princeps, qui non convellatur vi dominationis; seque non reputet servo viliorem, si secundum Privilegia, & Leges, nec pro suo arbitrio omnia agat. Potestas summa homines absurdissimos facit. Notissimus est Plauti Versus. *Decent secundas fortunas superbiæ.*

Et quò quisque potentior, eò turpiùs, ne stultiùs dicam, abusus est potentiâ suâ, cuius rei exempla quædam ex Historicis collegit Michaël Piccartus, *decad. 2. cap.* 1. Nemo magnus est, nisi ingentibus vitiis conspurcatus. Scitum est Magni Platonis Dictum, αἱ μεγάλαι φύσεις μεγάλας ἐκφέρουσι τὰς κακίας. hoc est, Heroicæ naturæ, ut magnis virtutibus inclarescunt, ita non levioribus vitiis obnoxiæ existunt. Dn. Piccartus, *decad* 1. *cap.* 8. ac vide omninò *Cominæum*, *libr.* 1. *cap* 1. *fol.* 2. (2) In Democratiâ, cives plerique omnes, verè cives sunt: in aliis Rerumpublicarum formis, cives videntur subditi, seu servi magis, quàm Cives. Aristoteles, *l.* 3. *politicor. cap.* 1. Hincq; pro patriâ liberâ, lubentiùs subditi pugnât. *L'huomo, che difende la libertà ha venti mani. & altretanti mori.* Boccalini, 2. *de Parnaß cap.* 6. *fol. mihi* 24. quidem *dict. centur.* 2. *ragg.* 31. assertat: Marcum Catonem, non sine invidia Monarcharum, ad vulgatum illud, *Pugna pro Patriâ*, voculam *Liberâ*, adposuisse. Magis etiam publicæ saluti, in Democratiâ Cives student, à proditionibusque abhorrent. Boccalini, *centur.* 1. *ragg.* 25. Minùs item largitionibus corrumpuntur, patriæq; magis fideles existunt. Boccalini, *centur.* 2. *cap.* 6. *fol. mihi* 25. Faciliùs quoque alios vincunt, quibus parilem offerunt Libertatem. Boccalini, *modò dict. cap.* 6. *fol.* 21. (3) Præterea communia cunctis dum consideramus, nulla adest varietas, ob quam pars potiùs una, quàm altera, præesse vel subesse debeat: & quia præsertim quilibet homo est aptus, vel se idoneum saltem censet, Reipublicæ administrationis qui particeps fiat; Imperium ideò populare legitimum, humano generi per conditiones cunctis communes, congruere in primis videtur. Adde Thomam Smithum, *libr.* 1. *de Republic. Anglorum, cap.* 14. Et hoc ce Imperium item libertatis naturalis, quâ homines omnes, singuliq; nascendi jure, à Deo, Numi Domini sunt facti. *Geneseos, cap.* 1. *vers.* 28. nota vestigia relinquit. (4.) Multitudo si non admodum servilis sit, horum licèt quisq; pejùs, quàm scientes judicet: omnes tamen in unum coacti, aut meliùs, aut

certè non judicabunt pejùs. Aristoteles, *libr. 3. politicor. cap. 7.* Quia & vox populi, vox Dei vulgò indigitatur: Ac unus vel pauci, quicunq; fuerint, separatim multitudini comparati, minùs valent. Aristoteles, *dict. libr. 3. politicor. cap. 7. & 11.* (5.) Ut prudentior, ita & constans magis reputatur populus, quàm Princeps; si credimus Machiavello, *Discurs. libr. 1. cap. 58.* Varietatis eius, & inconstantiæ, cujus vulgus hominum ubique accusatur; omnes singuliq́ue homines accusandi sunt, & Viri Principes inprimis: ac horum unusquisque, si Legibus solutus sit, ex iisdem permotus caussis, eadem horum vitiorum exempla edet, uti stulta populi multitudo. At populus gubernationi rerum præfectus, si rectè Legibus sit institutus; constans erit atque prudens, perindè ut sapientissimus Princeps esse queat. Et fœderibus, ideò cum populo initis magis confidere ausis Machiavellus, *libr. 1. Discurs. 59.* Namque magis lentè progrediuntur, & diutiùs deliberant, atque ita quædam interjicitur mora, antequàm fidem frangant. Et nec etiam ita ambitiosæ existunt, ut vicinis dominari velint: vide Boccalini, *de Parnas. cent. 2. ragg. 6 fol. 21.* Itaque plures amicos habet Respublica popularis. (6.) Populus magis erga subditos benè meritos est gratus: ut probare conatur Machiavellus, *eod. libr. 1. cap. 29.* Cumq́ue & Princeps, & populus liber, erga benè meritos soleant esse ingrati; partim avaritiâ, partim suspicione, populus propter avaritiam in hoc vitium ferè incidit nunquàm; propter suspicionem verò, etiam longè rariùs, quàm Princeps: quoniam eos suspicandi caussas non habet, quæ Principibus contingunt. In præmiis quoque ac pœnis, populum Principe prudentiorem esse, censet acutissimus politicarum rerum censor, 1. *d. Parnass. ragg. 25* & consentit Anthonius Perez, *in aphorism fol. 32. num. 175.* ubi ita scribit: *La gracia de los Reyes, que estan subiectos à sentidos agenos, poco segura. La de las gentes, segura como don del cielo: que el pueblo por la mayor parte, ama y iuzga con causa.* (7.) Et porrò, quia in hoc statu, honorũ excellere præmia solent; quia in hac Reipublicæ formâ; præmia virtutis, omnibus eâ præditis communia sunt: Machiavellus, *libr. 3. Disputat. cap. 34.* inibiq́ue virtus excolitur plerunque, quæ in Monarchiis potiùs metui solet. Et coguntur certè Viri Illustres dissimulare spiritus suos, sub Principibus ignavis, etiam ad stultitiæ simulationem; & eosdem quoque invisos reddit Principum metus, veritorum, ne virtute ac gratiâ valentes, Imperium ipsis controversum reddant. Dn. Gruterus, *Discurs. ad Tacit. part. 2 fol. 113. &c. ac fol. 119. &c.* Indè Imperia popularia, cùm bellicis ferè laudibus; tùm claritudine artium ingeniorumq́ue aliis florentiora sunt. Ac majorem Liberis Civitatibus; quàm alibi existere virorum fortium assolere copiam, magnus Hip-

pocrates notat, *libr. de aëre & aquis, num.* 40. *&c.* & ex eo repetiit Muretus, *libr.* 13 *variar. cap.* 14. Nempè ut ille ait: Homines pro suis, quàm pro alienis commodis, pro suâ, quàm pro alienâ gloriâ, longè alacriùs atque animosiùs pugnant. In iis autem Civitatibus, qui suis Legibus vivunt, si quid bello partum sit, eius intelligit quisq; Civium aliquid ad se pro virili parte pertinere. At ubi summa omnium rerum penes unum est, ibi labores quidem militares, & pericula, & vulnera, & cædes pertinèt ad eos, qui Imperio subsunt; gloria autem & Imperii amplificatio, & omnis denique fructus, qui ex victoriâ capitur, ad eum unum redit, qui cæteros oppressos tenet, eosque habet in mancipiorum, aut in pecudum loco. Verè fortitudo vera, cum ingenio servili, nil commune habet. Furor, vel metus, temerarium reddere possunt servum; fortis esse nequit nisi liber. Servitus, homines etiam ut dementent, facit. Ingenii libertate, nil ad res gerendas præstantius est: vicissim conditio servilis, animi sinum quodammodò coarctat atque præcludit; præclareque dictum est ab Homero: *Odyss.*

Dimidio ingenii non æquus Iupiter orbat,
Servilis quem forte premit conditio vitæ.

Id quòd & vulgari proverbio significatur: In caveâ luscnaii non canit. Erasmus, *in Adag. fol. mihi* 1155. Quin & ipsos maxumos Reges, eis, qui in liberis Rebuspublicis excelluerunt, postposuit Cato Major, cujus judicium haud pro nihilo habendum esse, ajunt. Rex est, inquit, naturâ carnivorum animal. Neque eorum quenquam Regum, quorũ fortunæ prædicarentur, dignum esse, dicebat, qui Epaminondæ, Pericli, Themistocli, Marco Curio, Amilcari, Barcæ, &c. conferretur. Plutarchus, *in Catone.* adde omninò Boccalini, *centur.* 2. *ragg.* 21. & certè Epaminondam, omnibus aliis Principibus præfert Michaël Montanus, 2. *des Eßais, cap.* 36. *fol mihi* 726. Quot quæso, viros virtute præstantes, similes alios, laudare possunt Democratiæ? E contrà, annulo in uno, bonos Principes, posse perscribi atque depingi omnes: nihilque difficilius esse Principe bono, Vopiscus attestatur, *in Aureliano.* Imò eorum quæ prædicantur Virtutes, vitia ferè sunt, sub illarum larvâ. Dn. Gruterus, *part.* 2. *Discurs. ad Tacit. fol.* 71. *&c.* Ac nescio, quo accidat fato, ut qui Principes sunt, existant plerunque imprudentiores: hincq; vulgò dici solet, Aut Principem, aut fatuum nasci oportere; & tàm fatuum aliquem esse, ut etiam regnare possit. Seneca; *in ludo de Claudii funere*, & *in Adagiis*, Erasmus. (8.) Præstat, ut populus in suâ, & Legum sit potestate: satis enim est, Deum præsidem habere. Cùm Israëlitæ singuli dicerent Gidhoni: Dominium habe in nos; tùm tu, tùm filius tuus, tùm nepos tuus, quia servâsti nos è

manu

manu Midianitarum. Reſpondit eis Gidhon: non habebo ego dominium in vos, Jehova habiturus eſt dominium in vos. Judicum, *cap.* 8. *verſ.* 23. Ac cùm Regem iidem, populares, æqualibisque Imperii pertæſi, peterent à Schimuele, dixit Jehova: Non te ſpreverunt ſolùm, ſed me ſpreverũt, ne ſuper vos regnẽ. *libr.* 1. *Samuel. c.* 8. *verſ.* 7 Sicq; libertas placet Deo; cũ is ipſe eâdem Reipublicæ formâ gubernaverit populũ ſuum: fueritq; indignatus, quòd petierunt Regem, qui eſſet ipſis inſtar Dei: 1. *Samuel. c.* 12. *verſ.* 12. quod & ipſi Iſraëlitæ poſtea agnoverũt. Samuel. *dict. cap.* 12. *verſ.* 17. & 19. Cui ferè conſonum eſt, quod Ariſtoteles dicit, *libr.* 3. *politicor. cap.* 21. Legem qui imperare jubet, is Deum & Legem jubet imperare; qui verò hominem, beluam adjungit. Magis ſanè videtur naturale, ſi populus Legibus à ſe latis, & quaſi communi ſponſione obligetur: *l.* 1. & 2. *ff. de Legib.* quàm ſi pro Lege habeatur Principis voluntas, §. *ſed & quod Principi placuit, Inſtit. de jur. natur. gẽt. & civ.* Et melùs feliciusque longè, populus Iſraeliticus gubernatus fuit, ſub Deo & Legibus ejus; quàm ſub Regibus factum fuit: nullus etenim Dei Propheta, durante libertate pulſatus, nec verbo quidem læſus eſt unquam; ut notat Molinæus, *de Monar. Francor. num.* 83. Et quoque Deus Immortalis, non charitate, aut Reipublicæ curâ, Imperium Sauli dediſſe videtur: ſed quoniam arrogantiam, ſævitiamque introſpexerat ejuſdem; gloriam Samueli quæſiviſſe videtur, deterrimâ comparatione: ut ſcilicèt deſiderabilior ille quandoque foret, ob talem ſucceſſorem. vide Petrum Cunæum, *libr.* 1. *de Republ. Iudæorum, cap.* 14. ubi etiam docet, cur Iudæi peccârint, petendo Regem, quod tamen ipſis Moſaica lex permittebat. vide etiam Waremundum de Ehrenberg, *in veriſimilib. de ſubſid. cap.* 2. *à princip.* (9) Monarcha, graviter licèt, modò non contrà Statum delinquat, à poenâ cenſetur immunis: ſingulareque jus Regiũ eſſe fertur, in Impunitate delicti conſiſtens. Quis namque Davidem, niſi Deus de adulterio, homicidioque Uriæ, accuſavit? quorum tamen crimen utrumque, ipſâ in divinâ lege, aſperrimâ ſub poenâ prohibitum fuit. Ergò dum à nemine puniri poteſt Princeps; impunè blaſphemat, ſcortatur, &c. Non autem placet Deo, ullum ejuſmodi delictorum, etiam in Imperio hocce terreſtri, impunitum manere. In Polyarchico verò, & præcipuè in populari ſtatu (ubi omnium in ſingulos eſt poteſtas, & ſubjectio ſingulorum erga omnes) poenæ prómeritæ ſubtrahitur nemo. At viciſſim Princeps, quàm multos hâc ratione corrumpit ſuo exemplo? quo quippe ferè nihil aliud contagioſum magis exiſtit; ut alibi dixi. (10.) Cũ populus, qui moribus eſt corruptis, & æqualitas ubi non elucet incolarum, ad bonum publicum tendens; minimè capax ſit libertatis: aſſe-

rente Machiavello, *libr. 1. discurs. cap. 17. & 55.* Quis non indè nobilissimam Reipublicæ eam arbitretur formam, cujus partes omnes singulæque, præstantissimæ æqualiter, ac undecunque ornatissimæ sunt: quæque multis virtutibus nisi inclutum, omne dedignatur subjectum? Difficilia quæ pulchra: & feliciſſima quidem est libertas, sed eâ pauciſſimi populi digni videntur. *Come quelle gemme più pregiate sono, che più di rado si veggono tra gli huomini: così debbiamo dire, che una perfetta libertà al genere humano è pretiosissima, e desideratissima gemma, perche è rarissima tra le genti: & più si puo dire, essere, mani fattura divina, che opere humane.* Sic quoque Civitas ea, in quâ mores hominum planè sunt depravati, haud potest sibi conservare libertatem: ne quidem si universa ejus Principis familia extirpetur: sed subindè novis Domini ogetur parere, qui se mutuò expellent. Reges primi Romanorum, jam tum corruptis moribus fuerunt: sed quoniam pernicies illa, occupaverat quidem Reipublicæ caput, membra cætera nondum infecta erant: potuit, capite pernicioso sublato, parta è membris libertas conservari. Sicque Tarquinij, Decemviri, aliique leni molimine pulsi fuerunt. Paulo Paruta, *libr. 1. discors. 8.* At verò posteà; haut potuit unquam Roma recuperare libertatem, semel à Cæsare subjugata: quia tùm mores maxumâ corruptione infecti erant: ut ex Horatio, Petronio, Juvenale, Persio, satis abundè patescit, ac etiam Ammianus Marcellinus, *historiar. libr. 28. fol. mihi 397. &c.* graphicè describit. In causa etiam est, quòd non sunt frequentiores Democratiæ, quia hostes plurimi huic statui domi foriſque insidiantur: sæpè autem, dùm se ab externis liberare cõantur, in internorũ hostiũ incidunt manus. Deindè etiã inter ipsos Cives multæ sunt æmulationes, ut quandoq; ad arma civilia decurratur, quæ maximâ clade afficiũt civitatẽ; adeò ut cives civilium bellorum pertæsi, consentiant tandem in Monarchiam. Tacitus *libr. 1. à princip.* (11) Denique Cives in liberâ qui Republicâ vivunt, aliis etiam magnarum urbium, sunt Nobiliores. Boccalini, *centur. 2. ragguagl. 8.* (12.) Vituperationem quòd multitudinis subit natura, omniumque scientum sermone vapulat vulgus; non magis id Democratiæ rectè institutæ detrahit, quàm optimo Principatui officiunt, quæ feruntur Dicteria de Aulâ (quorum nonnulla colligit Richterus, *axiomat. politic. 161. fol. 359. &c.* Keckermannus, *Disput. practic. 34. problem. 1.* Cortes arrabal de infierno: Aulæ suburbia inferni, ait Antonius Perez, *in Aphorism.* Paucos beavit Aula, plures perdidit; sed & hos quoque ipsos, quos beavit, perdidit. Tot sunt scopuli in Aulico pelago; ut non præter rationem Apollo, apud Boccalinum, *centur. 2. ragguagl. 23.* voluerit, fieri chartam marinæ similem, bre-

lem, brevia, ſyrtes, aliaque impedimenta monſtrans) quâ tamen nullus carere poteſt Princeps. (13.) Motus in populari Republicâ frequentiores, ſed nunquam ferè graviores ſunt mutationibus ijs, quæ mortuo Principe ſuboriuntur. Principe occumbente, omnes ſimul corruunt conatus ejuſdem, incœpta cuncta abrumpuntur, aliamq; faciem induit Imperium totum (*Rare volte occorre, che un Rè nuovo habbia li medeſimi penſieri, che havera il vecchio: & in Francia ſi è viſto, che il figliuolo non ſegvita il ſtile del padre; onde ne naſce, la confuſione nel publico, & la mala contezza nel privato.* Theſoro polit. *part.* 1. *relat. di Francia, fol. mihi* 198.) Populus eſt immortalis, idemque ſemper manet. Omnis certè mutatio Principis eſt periculoſa; ſive heres præſtò ſit, ſive non ſit. Clapmarius, *libr.* 2. *de Arcanis Rerumpublicar. cap.* 21. *ad fin.* Argutè Imperator Otho: Opportunos, inquit, eſſe conatibus, tranſitus rerum, ut Tacitus refert. Silentio involvo, quòd in Monarchiâ frequens ſit Imperium fœminarum, Matrum, Uxorum, Sororum Principis: quod vapulat graviter à Boccalino, *centur.* 2. *ragguagl.* 6. *fol. mihi* 39. Quin non Monarchiæ ſolùm, ſed & liberæ Reſpublicæ æternæ eſſe queunt; ut nõ ſine ſtomacho Italorum, Germani evicerunt, vid. Boccalini, *centur.* 2. *ragguagl.* 6. *mihi fol.* 17. (14) Verùm enimverò, quòd Imperium Regium, imitationem eſſe Imperij Dei volunt, ſuâ ineffabili providentiâ, qui regnat ſolus in univerſo mundo; unus conditor mundi, qui regit omnia ſalubriter: hoc tale eſt, quaſi perſonam Herculis, ejuſque cothurnos, aptare infantibus velint. Inter ſimiles namque & pares, unus ut omnibus dominetur; ſi non quantò Dii, Heroesque hominibus, vel Jupiter præcæteris Diis excellere putatur; ſimiliter & is unus cæteros omnes, prudentiâ ſimul & virtute ſuperet; non eſſe neque commodum, neque juſtum cenſuit Ariſtoteles *libr.* 3. *politicor. cap.* 9. *& cap.* 12. *libro item* 7. *politicor. cap.* 14. *à princip.* Quod Auguſtinus exprobrat Ethnicis, *libr.* 4. *de civit. Dei.* Si unus Deus poteſt omnia, quid opus eſt, tot Deos pro uno adorare? Id ita convertere poſſent Monarchomachæ: Si unus homo non poteſt omnia, quàm abſurdum, omnibus præeſſe unum? Nec immeritò miratur Plato, quòd ſoli homines (nec ulla præterea animalia alia) uni pareant viliori. Guicciardini *fol. mihi* 66. *d. l' hore di recreationi.* Et ſanè nihil eſt magis contra naturam, quàm ut animo haut inferiores, ab aliis ſubjugentur. *Non è coſa più dura, che non cedendo d' ingegno, ne d' animo, eſſere neceſsitato à ſoggiacere à gente, che in quello, e in queſto, ti ſono inferiori.* Botero, *libr.* 1. *d. detti. fol.* 57. Ac refert Michael Montanus, & loco inſignis Apophthegmatis venditat, *libr.* 1. *des eſſais, cap.* 30. *ad fin.* quòd Braſilienſis quidam, in Gal-

liam adductus, quidque maximè ipsi mirum videretur, interrogatus, responderit: (1) quòd Viri ætate, staturâ, gravitateque præstantes, uni puero obedirent: (& 2.) quòd medietates (ita homines alios, seu proximos vocabat) multæ ostiatim mendicarent panem, aliæ & quidem pauciores, omnibus etiam ad luxum abundarent. Itaq; quamvis unius Principatus, si res per se consideretur, optimus omnium judicetur: nihilominùs propter ingenium hominis, sæpiùs in deteriorem partem labile, ac item propter vitæ brevitatem; optimum ideo statum, minimè esse sub Regio Principatu, sed multitudinis gubernationem, civili societati magis convenire, arbitrantur nonnulli. (15) Neque propter Imperii Monarchici excellentiorem aliquâ præstantiam, quodve Naturæ præ cœteris Rerumpublicarum formis quàm maximè sit aptum & congruum (aut quod Natura Regnum commenta sit, ut voluit Seneca, 1. *de Clem.* 19.) eâ sed occasione, principiò rerum, gentium, nationumque Imperium penes Reges erat: Omnis quòd domus à maximo natu gubernabatur, parilique indè ratione, colonia, id est, quilibet vicus, qui est tanquã colonia domus abeo, ætate qui antecellebat, quasi à Rege administrabatur. Quamdiu enim Proavus aliquis in vivis erat, & ad Rempublicam capessendam haud planè ineptus; flagitium certè quàm quod morte vindicandũ esset, atrocius admisisset; si liberorum quisquam, cum ipso, vel in certamen honoris & dignitatis venire sustinuisset, à quo beneficium vivendi hausisset. Aristoteles, *libr.* 1. *politicor. cap.* 1. *circa fin.* Smithus, *libr* 1. *de Republic. Anglor. cap.* 12. assentitur Jacques Hurault, *libr.* 1. *des offices d' estat: cap.* 4. & Doctissimus Philippus Cluverius quoq;, *libr.* 1. *Germanicar. antiquit. cap.* 37. Ex quo porrò, spectata inter bonos moderatio, ætate posthabitâ, Reges faciebat. Justinus, *libr.* 1. *à princip.* Et ita seculis illis post inundationem primis, quæ vulgò Heroica tempora vocant, Noachi filij, Nepotes ac Pronepotes (quos Heroum vocabulo vetustissimi mortalium innuisse videntur) filios suos atque Nepoteis, secundum linguarum divisionem, numerumque in suas quisque regiones deduxerunt; exindeque nationes sunt ortæ: & in hisce quoque primam post inundationem exortæ fuerunt species Regnorum. Non equidem ab universo populo in unum, ob beneficia ac merita eius voluntario jure delata; sed ipsâ naturâ patribus erga filios ingenita. Idque in uno Celtarum Patre eleganter Cluverius, *laudato loco* declarat. CELTARUM igitur omnium parens ASCHENAZES, cùm gentem simul nostram, simulq; linguam, in Celticam terram detulisset, unus omnibus patrio jure ac potestate præfuit suis, veluti Rex subjectis. Complures autem cùm ei forent filij

nepotesq;

nepoteſque; quinque filiis natu majoribus Celticam omnem reliquit: undè in quinque potiſſimùm genteis, & quinq; nomina (Hiſpanorum, Britannorum, Gallorum, Theutiscorum, & Illyriorum) univerſa diviſa fuit: ſub quinque his reliqui fratres, filii atque nepotes, ſuas quisque portiones poſſederunt, non aliter ac ſubditi ſub Regibus facere ſolent. Quibus ex amore tamen, ceu filii parentibus, minoresque fratres natu majoribus, non per metum, paruerunt. Filio Aſchenazis cui Theutiſcia obtigit hereditate; cùm plures iterum filii eſſent, is natu majoribus quinque omnem diſtribuit Theudiſciã, à quorum Imperijs nominibusque omnis Theutiſcorum gens in quinque iterum diviſa fuit nationes: Iſtævones, Ingævones, Vandalios, Hermiones, atque Baſtarnas. Singulis iterum his Aſchenazis nepotibus, cùm plures filij progignerentur; complures etiam cujuſque ditionis partitiones, compluraque de eorum nominibus, nationum nomina ſunt exorta; Marſorum, Gambriviorum, Chattorum, Hermundurorum, & alia. Quorum regiones, quùm jam ultrà in plura vocabula, pluraque Imperia minutiora, dividi ob agrorum anguſtias nequirent; in unum in poſterum filium, natu maximum, Imperij ſucceſſio in quaque gente, ſive natione, perpetuò delata fuit. Ubi verò filij defecerunt, in proximos Regiæ ſtirpis conſanguineos, vel etiam Nobilitate præſtantiſſimos, defunctorum ſucceſſio tranſivit: reliqui omnes his paruerũt, κατὰ νόμον, id eſt, ex jure ac Legibus præſcriptis. Proinde cùm antiquiſſima omnium fuerit Reipublicæ forma Monarchia; imperfectionem magis indicat ejuſdem: cùm nil fuerit ab initio abſolutum, ſed paulatim temporis ſucceſſu expolitum. (16.) Et ideò Deus ipſe, improbat Monarchiam, tanquàm contra rationem primævam, ex inventione uſuque Gentium quæ deſcendat; quod & dixi, §. *præcedenti, num.* 8. Hincque Dominus apud Oſeam: *cap.* 13. *verſ.* 10. *&c.* Ubi eſt Rex tuus, maxumè nunc te ſalvet in omnibus urbibus tuis, & Judices tui; de quibus dixiſti, Da mihi Reges & Principes. Dabo tibi Regem in furore meo, & auferam in indignatione meâ. Non equidem ibi reprobatur Rex, ut Magiſtratus, ſed præfertur Reſpublica illa, quæ ſub Judicibus fuit: Dn. Andreas Oſiander, *ibid. in not.* per quos Deus ipſe imperitabat, & cui Imperii formæ diffidebant Iſraëlitæ. (17.) At eadem, inquis, Monarchia, frequentiſſima & conſtantiſſima eſt omnium gubernationis formarum; quâ de re, Exemplorum faſciculum, ex Hiſtoricis collegit Hippolytus à Collibus, *in Principe, cap.* 1, *pag.* 13, *&c.* ac Melchior Junius, *part.* 1. *quæſt. politicar.* 4. Reſpondent Democratiæ propugnatores (*& jam ego innui ſuprà*) non id propter Monarchiæ ſingu-

larem præstantiam evenire: sed quòd eo regiminis genere Populus, excellentiore ferè semper non dignus Imperio, corruptisque qui est moribus, facillimè regatur. Eoque tutior censetur unius Principatus, quò magis serviles sunt animi, quibus imperat. Et inde est ex ratione & usu omnium maxumè Monarchia; quia plures populi morum pravitate sunt infecti. Hincque cùm licentiosis, verâ libertas magna servitus videatur, (licentiam enim & potestatem faciendi quid velis, libertatem interpretantur) libertatem ferre non possunt: Inimitabilis Boccalini, *cent. 1. raggiagl. 39.* Sicque gentes quæ prudentiâ imperandi pollent, facilè in pejus ruunt, non è contrà: quinimò jugi oppressione, tandem ita servilis redditur populus, ut libertatem sibi oblatam acceptare nolit: ut exemplo sunt Israëlitæ, Exodi *cap. 5. vers. 21. & cap. 6. vers. 9.* (18.) Ac porrò etiam, quanquam ad unius Imperium, omni in periculoso Reipublicæ statu, Sapientes tanquam ad Sacram, quod ajunt, anchoram, confugerint; non tamen Regium & perpetuum Principatum, nisi summâ exigente necessitate, ulli facilè contulerunt. Quo respectu Albericus de Rosate, alicubi scribit, demandandi Romani Imperii, caussam solam fuisse necessitatem consulendi Romanæ Reipublicæ; non autem Populi voluntariam Liberalitatem. Bonum signum fuit ex malâ, quod dicunt, caussâ. Et porrò nec Princeps Magistratibus carere, pariterq; ut Populus, non omnia peragere potest ipsemet. Nil sine ductore Populus efficere potest: *C'est peu de chose, que du peuple, s' il n' est conduit par quelque chef, qu' ils ayent en reverence, & en crainte*; ait Cominæus, *libr. 2. cap. 22. fol. 173.* Sed verè Salustius, severus ille ac plenus civilis prudentiæ Historicus: paucorum civium egregiam virtutem, cuncta etiam in Republicâ Romanâ patravisse, ait. Sicque non opus est, ut unus sit Monarcha. (19.) Non extrà calcem decurro, cùm dico: Populum Helveticum, quem scioli nonnulli, nescio cuius imperitæ simplicitatis nomine, despicatui ducunt; prudentissimum esse judicandum: cùm in Libertatem se vendicare, eamque tàm diu sartam tectâ conservare potuerit. Fortissimum experietur, qui illum (sine subdola machinatione civilis turbationis) bello lacessere fuerit ausus. Excellentem Helvetiorum fortitudinem, & prudentiam, non solùm durissima cum Carolo Burgundo, & Austriæ Archiducibus (Maxæmiliano I. præsertim) feliciter confecta, satis superque testatam faciût bella: vid. Petermann Etterlin/ Stumpf. & Bilibald. Pirckheim. *in descript. bell. Helvetic.* sed & pulcherrima, in Italicis ac Pedemontanis olim, & nostro etiam seculo in Gallicis certaminibus ab ijs effecta facinora; nemo nisi qui Historias, ignorare potest. *De leur generosité en*

labat-

la battaille de Dreux, vid. Monsieur de la Noue, *fol. mihi* 849. vide etiam Cominæum, *libr.* 1. *cap.* 6. *fol.* 49. *itidem libr.* 5. *cap.* 2. *fol.* 377. *ac demum libr.* 8. *cap.* 10 *fol.* 786.

IV. Optimum sed Optimatum Regimen esse, cæteris arrisit. vid. Schönborner/ *politicor. libr.* 5. *cap.* 2. Calvinum, 4. *Instit. Relig. cap.* 20. *sect.* 8. Tilemannum, *Disputat.* 2. *Thes.* 14. *volum.* 1. Ac Samuelem etiam pro Imperio Optimatum propugnavisse, notat Josephus, *antiquitat. libr.* 6. *cap.* 4. (1) Virtus nempè est, hominem quæ reddit aptum ad imperandum: ut propterea saluberrimum videatur Regimen, in quo virtute præditi aliis imperant. Ergò ad optimos quosq; & prudentissimos, Reipublicæ spectat moderatio; quibus cum cæteris, si maxumè vellent, nullus sit certandi locus, occasio nulla; nisi pariter omnem ætatis, consilii, opum, generisque prærogativam susque deque quis habere velit. Natura nil frustrà facit: at non unum, nec plures, sed paucos quosdam bonos, & ad Rempublicam idoneos facit; Ergò ij naturâ suadente imperare debent. (2) Ex optimis Viris, optima consilia existunt. Virtuti etiam maxumè student optimates; honores & præmia concedunt, morum curam agunt, & denique Leges observant atque colunt. Aristoteles, *libr.* 8. *Ethicor. cap.* 13. *& lib.* 1. *Rhetoricor. cap.* 8. (3) Et in Republica, ea præsertim, præsenti quæ rerum Statu contẽta, ad majores non adspirat opes, & dignitates, libertatis custodiam, optimatibus, quàm populo committi tutiùs, pronunciat Machiavellus, *lib.* 1. *Discurs. cap.* 5. Indeque etiam diutius mansit libertas, in Republicâ Ventorum, quàm Romanorum. (4) Licet Monarchia simpliciter & absolutè, præstantissima Reipublicæ forma videri queat (Divinæ utpote gubernationi assimilis) Aristocraticam tamen accommodatissimam volunt, ad conditionem & imbecillitatem humani generis, humanæque naturæ: quæ nempè sic est comparata, ut unus vix possit sustinere onus Regiminis, vix ipse idonea consilia invenire, & quæ præterea haud difficulter degenerare possit, & delabi in omne genus licentiæ & scelerum. Contra verò, in pluribus bonis collectim, faciliùs ea omnia reperiuntur, quàm in uno sigillatim, ad gubernandam Rempublicam quæ necessaria sunt. Plures plura vident, & plurium optimorum Virorum haud prava cõsilia esse queunt: quin & unus alterum retinere potest in officio, atque ita æquilibrium in Republica conservatur. Ergo si mediocritas in qualibet re est laudanda, extrema certè sunt declinanda vitia. Ideo unius, æque ac omniũ Imperia, quasi extrema, repudianda sunt; & in Aristocratiâ, veluti in medio acquiescendum.

V. At ẽgo eas Imperiorum formas, in libertate ubi vivitur, non

plus cæteris laudarim: sed illas, in quibus integritati Legũ, Justitiæq;, plenius cautũ, prospectumq; est. Idin mixta Reipublicæ specie, maxumè fieri videtur: qua de re vide Reverendum Patrem, Adamum Contzen, *libr.* 1. *politic. cap.* 21. Franciscum Guicciardinum, *hypomnes. polit.* 108 Franciscum Piccolomineum, *grad.* 10. *cap.* 11. Wehnerum, *in Metamorph. Rerumpublicar. cap.* 1. Philippum Camerarium, *centur.* 1. *meditation. historic. cap.* 88. *ad fin.* Contarenum, *libr.* 1. *de Republ. Venetor. fol. mihi* 9. *&c.* Zepperum, *lib.* 3. *de Legib. Mosaic. cap.* 6. (Addatur etiam Tractatus meus, *de Appellation. cap.* 1. *sect. ultim.*) Et nec ab hac sententia alienus est Robertus Bellarminus, *lib.* 1. *de Pontific. Roman. cap.* 3. eumq; Angelus Politianus, *in supr. allegat. tractat. de Rerumpublic. form. fol.* 93. studio magis contradicendi, quàm veris rationibus oppugnare videtur. Sane ut Medicus medicaméta varie miscet, & adtemperat; tàm ægro, quàm morbo: sic item Politicus, conjungit apte simplices Rerumpublicarum formas, & salubre remedium ex illarum temperatione harmonica facit. Et sic etiam diutius tale imperium perdurat. Contzen, *lib.* 1. *policor. cap.* 14. §. 4. (1) Quippe Reipublicæ forma unaquæque, simpliciter & secundum unam duntaxat potentiam constituta, instabilis est, propterea quòd confestim in peculiarem, & naturâ consequentem malitiam degenerat. Polybius, *lib.* 6. *num.* 4. Quemadmodum rubigo infestat ferrum: ita quamlibet Rempublicam vitium suum. Omne Imperium sui natura insolens est: & pauciſſimos arbitrii sui libertati relictos, Divina reverentia ac metus, rectæque rationis dictamen; ad optima & moderata consilia perducit. Nec boni etiam Principes, ab hoc genere adulationis, potentiam summam plùs quàm summè extollentis, abhorrent:

—— Qui nolunt occidere quenquam, posse volunt.
—— Nil est quod credere de se
Non audet, cùm laudatur Dis æqua potestas.

ut ait Juvenalis, *satyr.* 4. (2) Omnes ferè Principes deteriores fiunt, & in pejus ruunt: vi nempè dominationis convelluntur atque immutantur. Boccalini, *centur.* 1. *ragguagl.* 29. *fol. mihi* 110. Benè initio audiunt Principes, & faciunt quoque haut rarò: sed grande illud Imperii pondus, rectâ diù cervice sustineri non potest: lassantur ideoquè & se inflectunt. Ac hoc facit natura, in vitia quæ prona est; & magis ubi non retinet metus aut pœna, sicut in Principe, qui absolutus omninò est, & super ista eleganter Lipsius, *libr.* 2. *monitor. politicor. cap.* 6. *ac libr.* 2. *politicor. cap.* 5. *ubi quoq;* notas vide. Dn. Christophorus Forstnerus, amicissimus meus, *hypomnemat. politicor.* 31. Hocque fert natura

natura Regni, ut diuturnitate in superbiam Reges mutent: superbia verò modùm & rationem respuat extoto. Potestatis amplitudo, nudat semper animorum interna. Ammianus Marcellinus, *libr.* 30. Nota sunt exempla Alexandri Magni, Herodis Judææ Regis, Neronis Imperatoris Romanorum. Et de Tiberio Tacitus signanter: *Annal.*6 Egregius vitâ, famaque, quoad privatus, vel in Imperiis sub Augusto fuit: occultus ac subdolus, fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Drusus superfuêre. Idem inter bona, malaq; mixtus, incolumi matre: intestabilis sævitiâ, sed obtectis libidinibus, dum Seianũ dilexit, timuitque. Postremò in scelera simul ac dedecora prorupit, postquàm remoto pudore ac metu, suo tantùm ingenio utebatur. Unum solum Principem scivit Tacitus, in melius mutatum, quod in Discursu eruditè illustrat Dn. Janus Gruterus, *fol.* 28. *&c.* Principes eosdem habent affectus, ridiculosasque cogitationes, ac quilibet privatus: ast quod nobis est rixa cum vicino de lanâ caprinâ, hoc est apud ipsos famosum perniciosumq; Bellum; ut alicubi Blasius Montlucius scribit. Indeque prudentissimus Anthonius Perez notat, *aphorism. fol.* 30. *num.* 160. Affectus atque passiones, esse instar pestis aëris corrupti: quæ tamen non vulgum (ut aliàs fieri solet) sed inprimis corripiat Magnates. Haut se subijcit rationi absoluta potestas: *proprio del poder humano no querer subiectar se à iuyzio.* Perez, *ibid. fol.* 139. *num.* 28 potentia judicium confundit, turbatque: At verò nil magè videtur periculosum, quàm si potentiæ impotenti, obturbatio accedat. *El poder confuso, es mas peligroso, que vn Leon acosado: que no es menos que fiera, & poder apretado de la confusion.* Perez, *aphorism. fol.* 141. *num.* 32. affectus & passiones hominum ipsi Deo resistere volunt. Perez, *ibid. fol.* 148. *num.* 51. Et cum primis eorum, qui non humano repagulo impediuntur. Nec enim sufficit, Principes admoneri, judicij pòst hancce vitam futuri. Perez, *sapè dict. loc. fol.* 151. *num.* 64. Ac quò magis indoles est generosa, eò faciliùs ferè capitur & pervertitur voluptate: magnæque & admirabiles naturæ, inter præclaras Virtutis actiones, maxuma quoque vitia adferre consueverunt. Gregorius Richterus, *axiom. Oeconom.* 95. Fortitudo idem cum potentiâ conjuncta, in insolentiã est proclivis. Richterus, *oxiomat. historic.* 6. (3) At verò, quia nõ est tanta copia bonorum, ut semper probi suppetant, quos elegamus; nec tanta felicitas nascendi, ut sors illa semper offerat bonos: in causâ id fuit, ut Leges, alijque expeterentur modi, Regibus qui imperij modum facerent, & per summam imperandi libertatem, potentiamque absolutam, in Magistratu summo

acciſam; delinquendi licentia tolleretur, Tyrannidiſque crudelitas coërceretur. Quod innuit Bodinus, *cap. 6. Method hiſtoric.* ubi ait, valdè periculoſum eſſe, Regem ita creari, ut nullis omninò Legibus teneatur, ſed omnia nutu ſuo agat; quod & Bornitio placet, *tractat. de Maieſtat. cap. 9. fol. 59.* ubi ita ſcribit: Politicus in fundatione Status maturè provideat, ut omnis occaſio Tyrannidis prævertatur: quod non tàm fit Principem bonum eligendo; quàm ritè diſponendo, ne Regimen Tyrannicum evadat; aut ſi eò flexerit, tempeſtivè huic malo occurratur. Idque Legibus & pactis Imperialibus optimè caveri poteſt: quibus ipſa Majeſtas informetur, & ligetur. &c. Immunis illa poteſtas, quemadmodum in difficillimis belli temporibus, ubi omnia armorum ſtrepitu circumſonant, neceſſariò adprobatur; ita humana natura, in pace, ab eâ abhorrere videtur: dicente Thomâ Smitho, *tractat. de Republic. Anglor. libr. 1. cap. 8. fol. mihi 12.* Etenim ἄνομος μοναρχία χαλεπὴ καὶ βαρυτάτη, hoc eſt, Principatus ſine Lege, gravis ſui naturâ, & moleſtus ſubditis eſſe ſolet. (4) Sic nonnulla poteſtatis jura, inconſulta violentia vulgi, & erga Nobiliores invidia ad Magiſtratus inferiores, quaſi quoſdam Optimates reijcere; & rurſus Oligarchica inſolentia, & adverſus inferiores injuria, populo relinquere coëgit. Etiam Monarchicæ poteſtatis abuſus effecit, ut Monarchis Ephori, & publicæ libertatis cuſtodes ac defenſores, ad latus quibuſdam in locis adpoſiti inveniantur: qui non tantùm certas imperandi Leges, definitumque ſummæ poteſtatis exercitium, totius Reipublicæ illis nomine præſcriberent; verùm etiam exorbitantes in hac lineâ continerent. Huc referenda ſunt; quæ ad Dionis familiares, *epiſtol. 8.* ſcribit Plato: Ego perſonam arbitri mihi aſſumens, quemadmodum jam diù conſuevi, utrique & ei qui Tyrannidem gerit, & qui patitur, conſulam. Et inprimis cuivis Tyranno conſulûerim, ut nomen iſtud, remque ipſam declinet; ac in Regnum, ſi fieri poteſt, convertat. Poteſt autem fieri, ſicuti reipsâ oſtendit ſapiens, bonusque vir Lycurgus: qui cùm videret, genus proprium in Argo & Meſſenâ ex Regno in Tyrannidem eſſe translatum, & utrosque, cùm ſeipſos, tùm civitates ſuas perdere; metuens Civitati ſuæ, & generi: remedium ſalubre Imperio Regio adhibuit Senatum, & Ephororum Principatum in Regni ſalutem. Itaque per tot jam ſecula durat cum inſigni gloriâ: quandoquidem Lex Domina effecta eſt hominum; non autem homines Tyranni Legum. Eò etiam ſpectare videtur, quod Cyri Mater apud Xenophontem, *1. Inſtitut. Cyri*, ad filium ait: Non eadem apud Avum, & apud Perſas eſſe.

esse jura constat. Nam hic omnium apud Medos se Dominum cõstituit: apud Persas autem æqualitas justa ducitur. Ac tuus adeò Pater, primus ex præscripto facit, quæ facit Civitati, & ex præscripto accipit: ac modus ei, non animi libido, sed ipsa lex est. Quapropter tibi cavendum, ne cùm domum veneris, flagris cæsus pereas; si pro Regio Imperio Tyrannicum edoctus, ab hoc revertaris: cui quidem hæc inest opinio, plus oportere unum, quàm alios omnes habere. (5.) Verba sunt aurea Osorij, *libr. 8. de Regis Institut.* Qui Respublicas commisceri præcipiunt, non monstra fiingunt; sed ne monstrum aliquod atque portentum dirissimum, ad Reipublicæ perniciem gigni possit, sapienter elaborant. Nolunt enim, ut unius Imperium, ita solutum omnibus legibus & institutis sit, ut populi libertas opprimatur: nolunt Optimates tantis opibus augeri & amplificari, ut Reges contemnãt, & plebem injurijs violenter illatis spolient: nolunt postremò tantum Populari licentiæ permitti, ut Principum dignitatem affligere, omnemque Reipublicæ Statum perturbare possit; in quo quidem omnium partium saluti atque diuturnitati consulunt. Reipublicæ namque salus, moderatione continetur &c. (6.) Saluberrimo hoc amuleto, in omnibus Rerumpublicarum speciebus, summæ potestatis acrimonia, suavior, gentibusque gratior & acceptior reddita. Hoc remedio præstitum est, ut nõ solùm animi subditorum & Magistratus, arctiori consensu coalescerent; sed potentia etiam summi Magistratus, mirum in modum corroboraretur, imperandique allevarentur labores: præter ipsum, subditis quoque ad Reipublicæ dignitatem ac salutem communi incumbentibus curâ. (7.) Principes quidem, Imperij alieni impatientes sunt plerique unà omnes. Quod Sebastianus Lusitanus Rex dixit, hoc singuli in animo habent reconditum; Si mea interula, quicquam mihi præcipere vellet, eam, imò meipsum continuò flammis aboliturus essem. Idem nihilominùs ab impotentis ingenij adolescente, Ferdinando Gonzales, pro lubitu circumagebatur, Gasparus Ens, *1. Epidorp. fol. 12.* Et solenne est; Principes, qui nec Legis, nec rationis imperium admittunt, adulatoribus servire; Boccalini, *centur. 2. ragguagl. 5.* & Nabuchodonosoris, ut loquitur prudentissimus Anthonius Perez, *in Aphorism.* statuam proponere adorandam. (8.) Prima quæ in Mundo fuerunt Regna, non Monarchiæ, sed mixti potiùs fuerunt Status: Giphanius, *in Commentar. ad cap. 10. libr. 3. politicor. fol. 386. & seq.* taleque Heroicum Regnum Aristoteles vocat; ac inibi, potestas certis Legibus erat constricta, ut non pro libidine

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [237] - 233

imperantis, sed ex Legum præscripto regnaretur. Thucydides, *libr.* 1. *ab init.* Talis forma Romæ sub Regibus fuit, qui Leges haud ferebant, nisi Curiarum adprobatione. Plutarchus, *in Romulo*, & Livius, *lib.* 1. Hæc quoque Reipublicæ forma, unicè Aristoteli arridet, cùm Regem unà cum Lege imperare debere contendit; *libr.* 3. *politicor. cap. ultim.* eaque item multis præstantissima visa fuit. Richterus, *axiomat. politic.* 57. Keckhermannus, *Disputat. practic.* 36. *problem.* 9. Et hinc quoque est effectum, ut hodiè omnem ferè Rempublicam mixtam esse, Politici pronunciare nonnulli ausint. Smithus, *libr.* 1. *de Republic. Anglor. cap* 6. adeò ut supervacaneum & periculosum exemplo videarur, quòd tàm multa passim de potestate absolutâ tradantur; quæ usu non ita est, vel debet esse frequens, (9.) Hancque gubernamenti formam, his elegantissimis verbis, Balthasaris Castilionei præscribit Aulicus, *libr.* 4. *fol. mihi* 304. Primùm, inquit, admonerem, ut statum Nobilium numerum seligeret, qui essent omnium sapientissimi, omnia rerum gravissimarum mométa cũ illis communicaret, liberè cum eo colloquendi persuadendique veniam concederet; facilè ut intelligerent, & quàm exosa vanitas esset. Deindè Plebeios aliquot, in consilium etiã adsciscret, qui de Civitatis Statu, cum Nobilibus, & de communibus, & de Privatis rebus cõferrent. Ita ex Principe, tanquàm omnium capite, & Nobilibus, Plebeisque tanquàm membris, unum corpus constitueretur; cujus præcipua gubernatio ad Principem spectaret nec omnis tamen authoritas reliquis adempta esset. Denique ex tribus illis optimis imperandi formulis, id est, Monarchiâ, Optimatum potestate, atque Populari, ista Respublica composita videtur. &c. Eique non difformis est Imperii Romano-Germanici forma; quod non solùm Ephoros, septem scilicèt, ac ex Ordine tàm Ecclesiastico, quàm Politico, selectos Electores, sed & certas ac fundamentales Leges habet, in quas tempore inaugurationis, jurat Imperator.

CAPUT II.

De Reipublicæ formâ, ad populi naturam, aliasq; circumstantias adaptandâ.

SI verò non simpliciter, per se ac in θέσει, formas animo lustramus Rerumpublicarum; sed easdem pro rerum suppetentium ponderamus

mus ratione: nullam tunc Reipublicæ ſpeciem abſolutè præferendam eſſe alteri; ſed una quemadmodum Medicina, omnibus ſingulisque non prodeſt corporum conſtitutionibus, complexionibusq; : ſic populorum ut diverſi ſunt mores, ingenia, habitus; alii ita genti, vel uni genti diverſo tempore, aliam congruere reperiemus Reipublicæ formationem, latè & optimè Reverendus Pater, Adamus Contzen, *libr. 1. de Reipublic cap. 14 num. 5. &c.* cui addantur, Danæus, *libr. 1. politic. Chriſt. cap. 6.* Lælius Zecchius, *1. politicor. 4. nu. 5.* Franciſcus Piccolomineus, *de morib. grad. 10. cap 11. aſſert. 4.* Smithus, *libr. 1. de Republic. Anglor. cap. 15.* Philippo-Johannes Treutlerus, *Diſputat. de form. Rerumpublic. theſ. 29.* Hœnonius, *Diſputat. politic. 9. theſ. 15.* Hancque prudentia politica, eidem adpoſitè & conformiter adplicat; omnibus ſimul circumſtantiis conſideratis: cujus rei elegans, & prudentiſſimum nobis ſuppeditat exemplum, Oratio Mecænatis, *apud Dion lib. 52.* digna omninò, quæ legatur. Ac ſanè, quòd cum indole, ingenioque Populorum, aut cum ipſâ loci naturâ, quæ pugnet Reipublicæ Conſtitutio; nunquam ſit inſtituenda: nemo rerum Politicarum expertus negabit. Et ita boni Politici munus eſt, nõ tantùm præſtantiſſimam & omnium votis optandam Reipublicæ formam contemplari; ſed etiam eam, quam tempora, quam res & opportunitates, itemque mores Civium perfici ac conſiſtere patiuntur. Ariſtoteles, *lib. 4. politicorum. cap. 1.* Singula Rerumpublicarum genera, cauſas in naturâ poſitas habent. vide Smithum, *de Republic. Anglor. lib 1. cap. 25. fol. 25.* Nec tamen adverſus jam conſtitutam Rempublicam diſputare decet: ſive ex animo, ſive ſimulatè, piaculum id eſt: cùm hujusmodi Diſputationes, fomitem ſeditionibus ſubminiſtrent; monente Friderico Tilemanno, *Diſputat. Digeſtor. 2. theſ. 10. volum. 1.* Conſentit Boccalini, *centur. 2. de Parnas. ragguagl. 14. mihi fol. 104.* ubi ita ſcribit; *che di queſtione tanto antica, & appo i Letterati già divenuta rancida, ad alcuno più non foſſe lecito diſputare; ma che ogni uno foſſe obligato contentarſi del ſtato, nel quale ſi trovava.* & dixi quoque ego, *in Certamine prærogativæ Electionis & ſucceſſionis, num. 9. fol. 28.* Et ſic porrò Reipublicæ Status, ſimpliciter qui eſt optimus, haut Cunctis Civitatibus, ſed iis duntaxat optimus eſt; adjumenta quibus ſuppetunt omnia, ad vivendum ex ſententiâ, utque maxumè velint: quibus adjumentis ſi quædam Civitates deſtituantur, aliam Reipublicæ formam ſequi coguntur; tanquàm ſibi magis convenientem, non eam, quæ ſimpliciter optima eſt, Ariſtotelis, *libr. 4. politicor. cap. 11. à princip.* Nec proindè ad hypotheſin quandò perventum, jam amplius de præcellentiâ unius, alteriúsve Rerumpublicarũ ſpeciei, in-

quirendum sollicitè; sed multitudo potiùs ad quid sit accommodata, aliæque Circumstantiæ, præsenterque ob oculos positus, magis perspiciendus est Imperii Status. Et inprimis diutina consuetudo, Michel de Montaigne, *libr.* 1. *des Essais, cap.* 22. *fol. mihi* 84. Est vox quædam peculiaris, uniuscujusque Civitatis, veluti quorundam animalium: quâ popularem alia, alia paucorum, alia unius dominationem postulat, quod ex Platonis *epistol.* 5. refert & illustrat Albericus Gentilis, *libr.* 3. *de jur. bell. cap.* 10. Et naturâ quoddam hominum genus, proclive esse ait Aristoteles, Imperio ut gubernetur herili, aliud ut Regio, ut Civili aliud, *lib.* 3. *politicor. cap.* 12. Sic Barbari naturâ servi sunt, Dn. Joachimus Cluten, *paradoxor.* 18. asinorumque exemplo indigent, ut verbera non cessent. Boccalini, *de Parnas. centur.* 1. *cap.* 8. Sic Lysandri Apophthegmate: Boni servi, mali liberi existunt. Sicque olim Regibus idcircò se Civitates subjiciebant, quoniam rarò Viri magnoperè Virtute præstantes inveniebantur; præsertim cùm exiguas tunc urbes inhabitarent. Præterea ob accepta beneficia Reges constituebant, quod est virorum bonorum opus: postea verò, multorum virtute similium copiâ suppetente, non amplius Regna tolerabant, sed commune quiddam quærentes, Rempublicam constituerunt, *libr.* 3. *politicor. cap.* 11. Sic etiam diversas gentes, diversam appetere Imperii formam, ex eo colligere possumus; quòd olim uno & eodem die, Urbs Noriberga, & Augusta Rhætica petiverunt contraria à Sigismundo Imperatore, & obtinuerunt. Augusta petivit institui, ne quid Senatus constitueret, nisi Tribunis Opificum approbantibus: Noriberga voluit, ne liceret Tribunis impedire Senatus Decreta. Philippus Melanchton, *in Chronic. libr.* 2. *mihi pag.* 134. Cùm duo homines non idem velint, & cùm videantur,

Tres mihi convivæ propè dissentire &c.

cur non duæ gentes adpeterent diversa? Sic Flamingorum gens, totam aut libertatem, aut servitutem nescia pati, deprædicatur à Jacobo Marchantio, *lib.* 1. *Commenta. de Flandriâ, mihi fol.* 17. indeque diu non potuerũt cum Hollandis juncti permanere. Pierre Matthieu, *tom.* 1. *fol mihi* 106. *libr.* 1. *narrat.* 4. *num.* 6. quod & de Romanis judicavit Galba, *in orat. ad Pison. apud Tacit.* 1. *Historiar.* Et de iisdẽ ita ad Vespasianum Imperatorem, Apollonius, *apud Philostratum. libr.* 5. Bellum contra Vitellium susceptum laudo: constitutam enim jam Tyrannidem solvere majus puto, quàm eandem nascentem opprimere. Popularem quoque gubernationem veneror: quæ licet Optimatum Imperio inferior habeatur, Tyrannide tamen & paucorum potentiâ, eligibilior est. Vereor autem, ne Tyrannidi jam assuefactis

Roma-

Romanis, difficilis ſit hujuſmodi permutatio; ita ut neque in libertate degere, neque ad popularem gubernationem reſpicere poſſint: ceu qui ex tenebris in ſummam lucem repentè deducti, ſplendorem luminis perferre non poſſunt.

II. Statum mixtum ex Ariſtocratiâ & Democratiâ accommodatiſſimum eſſe Civitatibus, in quibus florent mercaturæ & Opifices, qui gaudere cupiunt ſuis libertatibus, & Principum diffidunt Miniſtris atque Aulis, prudenter judicavit Keckermannus; *politicor. lib. 2. cap. 5. fol. 577.* E contrà teſtatur Budæus, Gallos eſſe homines, ut prout quicquam Principi aut collibuit, aut collibuiſſe dictetur, id perinde jus faſq; eſſe credant. eoſq; omniũ haut dubiè mortalium, qui quidẽ Barbari non ſunt, maxumè, ut Græcè dicitur, Pitharchicos eſſe, *libr. 3. de Aſſe.* Quandoq; Monarchia Medicina eſt ſalubris Democratiæ vitioſæ, vel Oligarchiæ. Clapmarius, *de Arcan. Rerumpublicar. lib. 5. cap. 19. ad fin.* Sic Auguſtus & Cæſar neceſſarii fuerunt; quia vitioſi mores, non erant pares libertatis ferendo oneri; neceſſe ergò fuit, Reipublicæ per unum conſuli, *l. 2. ff. de orig. Iur. §. noviſſimè* 11. Indeque Cæſar injuſtè fuit occiſus, quia populus non extitit libertati aptus, Seneca, *libr. 2. de benefic. cap.* 20. Tholoſanus, *libr. 7. de Repub. cap. 4. num.* 13. Niſi dicamus, eum in causâ fuiſſe partem maxumam corruptelarum; & Xerxis exemplo, de quo Plutarchus, *in ejus apophtegmat.* vitiis imbuiſſe priùs Populum, quò eum faciliùs ſubigeret. vide Tacitum, *libr. 1. Annal. ab init.* & potius Cæſarem magnâ ſuâ poteſtate utr debuiſſe, ad purgandam; quàm ſubigendam Civitatem. Vide Me *l. br. 2. politicor. cap. ult. num. 64. & in Corollar. miſcell. faſciculo, Commentar. aliquot titulor. libr. 1 ff. or. ſubjuncto, num. 19.* Nam ſanè & de Genuâ pronunciat Paolo Interiano, *ab init. libr. 6. del riſtretto delle Genoveſi hiſtorie*: eam ita fuiſſe comparatam, ut non potuerit ferre libertatem; dum ita ſcribit: *Tutte quelle città mal ordinate, che viver libere ne ſerve non ſanno, è forza, ſi come della Genoveſe ſi vede ſeguire, che intorno a queſta varietà di governi ſi aggirino: perciò che incorſe ch' elle ſono in una aperta ſervitù, volendoſi riordinare alla forma del viver libero, ſi diſpongono; nel che lungamente conſervar non potendoſi, con variar gli ordini di nuovo nella Tirannide ſi raggravano.* Et tamen magnâ ſuâ cum laude, Andreas Doria, huic malo tàm aptum remedium adplicavit, ut adhuc dum libera exiſtat, ut dixi, *dict. cap. ultim. libr. 2. politicor. num. 64.*

III. Interdùm ſubditi ita improbi ſunt; ut Imperio ſint neceſſariò coërcẽdi herili, indeq; rectè Nicoclé perhibent dixiſſe: haut ſolũ conſiderandum eſſe ingenium Tyrannorum, cur non benigni, ſed difficiles

ciles sint: verùm Civium quoque mores, vel præcipuè inspici debere. Multi enim propter malitiam subditorum, asperiores se dare, quàm pro ingenio sunt coacti. Et contumaciâ inferiorum, diminuitur lenitas imperantis, ut Tacitus ait, *libr. 16. Annal.* & multis illustrat Dn. Gruterus, *Discurs. part. 2. fol. 25.* elegantique apologo docet Boccalini, *centur. 1. ragguagl. 8.* Sæpè præposterè imputamus potestati, quod populi est. adeò ut non malè impingi posset subditis, ipsum illud Patris ad filium, è Quintiliani *Declamat. 5.* Vestrum quinimò crimen est, quòd interdùm aliud sumus; & indè manifestum est, diversitatem nostram venire de moribus liberorum. Quò & referri possunt, quæ Alexander Magnus apud Curtium, *lib. 7.* dicit: Regum, Ducumque Clementiam, non in ipsorum modò, sed etiam in illorum, qui parent, ingeniis sitam esse. Ita & Hispani, coguntur Neapolitanos duriùs tractare; ne idem quod alii Reges illius gentis, pati cogantur, Boccalini, *c.1 del pietra d. paragone* Et sic Helvetii mitis ingenij homines, Dei Optimi Maximi beneficio, liberati sunt jugo Principis. Florétini indo miti ingenii homines, libertatémque qui appetunt quàm maxumè, eâ sed uti nesciunt; sub unius dominatũ adacti fuerunt: hacq; potestate extraordinariâ, Populus ille cervicis durissimæ, & naturæ inquietissimæ, nũc regitur pacatiùs, quàm unquã potuerit antea. Albericus Gentilis, *1. Disputat. Regia. fol. mihi 5.* & *jeq* & vide eundẽ, *de Legat. lib. 3. c. 7. fol.* 83. adde Louys Guyon, *tom. 2. de divers. leçons. lib. 3. c. 16. adfin.* Florentinis insitum erat, omnium rerum Status fastidire; omnique successu discedere in partes. Machiavellus, *histor. Florent. libr. 2. fol. mihi* 89. Et quod de eâdem Republicâ, Ducem Athenienſium vocante, scribit idem Machiavellus, *libr. eod. fol.* 104. Nobiles nempè, non aliâ ratione populum istum, à quo tot injuriis oppressi hactenus fuerant, subjugari posse constituisse; quàm si sub unius Principis imperium mitterentur, à quo Virtuti suus honor haberetur, atque contumacia coërceretur. Hoc idem de posteriori mutatione, pronunciare licet. Certè impii & injusti populi sunt, qui cùm ipsi malè vivant; aliis tamen præesse, vel Rempublicam administrare volunt. Et elegãter in suo Idiomate, Fernandus, de Eyzaguirre, *d. l. Ioya, num. 156.*

No à inclinationes traverssas
Es buena la libertad.

Prudenter Forstnerus meus, *hypomnem. 96.* gloriantur sæpiùs Democratiæ, de libertate; quibus tamen interdùm satius esset, sub unius Dominatum concedere: non enim ea libertas est, sed ἀναρχία, & fœda omnium rerum confusio; ubi plebs omnia tumultibus miscet, ubi partium studia vigent, ubi leges vi, ambitu, postremò pecuniâ turbantur;

tur; ubi certamina potentium & avaritia, ubi Nundinationes, rapinæ, corruptelæ. in Magiſtratibus, in provinciis, in judiciis, divina humanaque omnia miſcent. Viciſſim ſæpè Tyrannidi medetur Democratia, vel Ariſtocratia. Sic cùm in odium venit popularis gubernatio, facilè quis rerum potitur, etiam improbus; & cùm invidiâ laborat Regnum, facilè illud amittit etiam bonus. Plutarchus, *in Apophtegmat. Dionyſ. junior.* Proindè mutationes in formis Politicis, à naturâ potiùs, quàm ab ambitione plerunque proficiſcuntur.

IV. Et itaque concludimus, Rempublicam, remque populi eſſe, cùm benè ac juſtè, id eſt, ad publicam commoditatem; ſive ab uno, vel à pluribus ea geritur. Nam, ut apud Philoſtratum, *libr. 5.* Apollonius rectè: Si vir unus, alios virtute ſuperans, popularem gubernationem ſic tranſmutat, ut unius hominis Principatus, ad communem utilitatem omnia dirigat atq; diſponat: inſtar Populi meritò habendus erit. Et in Galliis, ſummam eſſe Libertatem, vivere ſub Rege, Michel de Montaigne, *libr. 1. des Eſſais, cap. 42. fol. mihi* 244. Sicque Samuel, *libr. 1. Samuel. cap. 12.* improbat Regnum; ſed tamen *ibid. verſic. 14. & ultim.* promittit tàm Regi, quàm Populo omnem felicitatem, ſi fuerint DEI timentes; cùm verò qui præſunt, ad ſuum quiſque collimat emolumentum, Imperioque ad propriam abutuntur utilitatem: puta, ſi injuſtus eſt Rex, ſeque potiùs, quàm ſubditos, Populique ſalutem ſpectat, quem Tyrannum, more Græco appellamus; aut cùm injuſti ſunt Optimates, quorum conſenſum, factionem quidam, alij πλεπεχίαν indigitant; aut injuſtus ipſe populus, cui nomen uſitatum non reperitur, niſi ut etiam ipſum Tyrannum vocitarent; jam vitioſa, aberranſve, imò potiùs nulla eſt Reſpublica: cadaver eſt Reipublicæ, non corpus, Cicero, apud Beatum Auguſtinum, *libr. 2. de Civitat. Dei, cap. 21.* Ariſtoteles, *libr. 3. politicor. c. 4. & 5.* quem omninò vide, Junius, *part. 1. quæſtion. politicar. 2. & 3.* adde omninò Velſtenium, *quæſtion. politicar. decad. 7. tl. ſ. 1.* Ad Lydium hunc lapidem, ſi examinarentur Imperia; metuo ut Tyranni definitio, nimis lata deprehendatur: Trajanus Boccalini, *1. de Parnas. ragg. 77.* metuo, ut ex parte verum ſit, quod dicit (*in Vtopiâ*) prudentiſſimus Thomas Morus, *libr. 2. ad fin. fol. mihi* 293. omnes has, quæ hodiè uſquàm florent Reſpublicæ, animo intuenti ac verſanti mihi, nihil, ſic me amet Deus, occurrit aliud, quàm quædam conſpiratio divitum, de ſuis commodis, Reipublicæ nomine, tituloq; tractantiũ &c. comminiſcuntur & excogitant omnes modos atq; artes, quibus, quæ malis artibus ipſi congeſſerunt, ea primùm ut abſque perdendi metu retineant, poſt hoc ut pauperum omnium operâ ac laboribus quàm

minimo sibi redimant, eisque abutantur. Hæc machinamenta ubi semel divites publico nomine, (hoc est, etiam pauperum) decreverunt observari, jam Leges fiunt, &c. Tàm Principes, quàm privati, privatam solùm colunt utilitatem. Boccalini, 2. *de Parnas. cap.* 3. Mundus pompâ & opinionibus gubernatur: & maximum arcanũ est, hoc arcanum vulgò non propalari. vid. il Fuggilozio di Tomaso Costo, *giornat. sett. detto d' un Principe supremo. fol.* 479. Huc pertinet, quod Cicero, *libr.* 4. *ad Attic. epistol.* 16. multa de amissâ pristinâ Civitate conqueritur: & hoc se modo consolatur, quòd nec in illâ Civitate, omnia proba erant. Undè ait: nullam esse Rempublicam, in quâ acquiescat, &c. At apud Philostratum, *libr.* 5. Apollonius: Ego de nullâ Republicâ sollicitus sum; vivo enim sub Dijs. Sed nos Christianos, Ludovici Granatensis pij Monachi, consoletur & ducat Præceptum: Non est hominis prudentis requirere, ut omnes res humanæ pendeant in æquilibrio, nec quicquam desit, &c. *vide eius flores, fol.* 278. Quod si faciamus, & nostros simul respiciamus defectus; plerunque excusabimus, quod in Principibus culpamus. Ideam item Reipublicæ constituere, absurdum omninò videtur. Est namque Politia, res quæ in usu consistere debet: optimis autem nos, qui nunquàm omni ex parte boni sumus, uti nequimus. Undè Plato olim, in rebus civilibus Comicis cavillis traducebatur. Josephus, *contra Appion. 2. fol. mihi* 334. Et hodiè de Thomâ Moro, risus est nonnullorum.

CAPUT III. & Ultimum.

De veteribus, novisq; Chiliastis, Dissertatio Historica, per saturam congesta.

QUærere hîc lubet, ac ut puto, licebit: meliúsne, quàm nunc, in tantâ ἀναξαστοία habent, res generis humani, & Ecclesiæ; habere possent? Quod post Grynæum negat Wenceslaus Budowez-Baro, *in Circul. horolog. fol.* 262. (qui sibi ipsi *fol.* 80. *& seq.* contrarius esse videtur) Idque mendaciis vanissimis, Doctorum hominum accenset Rollhagen in den warhafften lugen/ *cap.* 12. sed id pernegant ij, qui adhuc dum futuram sibi imaginantur Rempublicam, ad charitatis Christianæ normam accommodatam &c. Nunc ergò Historiam illius sectæ, cujus participes qui sunt, Millenarij aut Chiliastæ vulgò dicuntur, indagabo; quam jam olim Oecolampadius, *ad Daniel cap.* 2. Serrarius

2. Serrarius contra Puccium, *libr. 2. cap. 1. & 2.* operosè item oppugnavit Dominus Doctor Theodorus Thummius, *in Impietate Wigeliana*, ſed optimè in Claſſes ſuas digeſſit, & planè ferè debellavit, Theologus ingenioſus, Dn. Johannes Affelman. *in Hept. illuſtr. quæſtion. Theologicar. quæſt. 6.* hujus ego ſcrinia non compilabo; ſed nec Theologum agam. Apellem namque non unum, illud, *ne ultra crepidam*, audio ingeminantem. Nudè ergò Hiſtoricum agam, & diſſonam confuſamque turmam Auctorum, qui huic opinioni, vel ex parte patrocinantur, producam. Ea ſanè nova non eſt, nec occaſione illorũ mille Annorum, quorum mentionem facit verè Divinũ illud Apocalypſeos ſcriptum, nata, ſed jam antè Salvatoris noſtri Nativitatem cognita, & à nonnullis propugnata fuit. Nam certè Plutarchus, *libr. de Iſid. & Oſirid.* inter Dogmata Zoroaſtris, vetuſtiſſimi illius Philoſophi, Magiæque inventoris refert; Futurum fatale tempus, quo ſit neceſſe, Arimanium (Deum ex caligine, ut fingit, natum) omninò perdi, atque aboleri: terrâque æquabili & planâ factâ, unam vitam, unamque Civitatem, beatorum hominum univerſorum, unaque linguâ utentium fore. Oracula item, quæ Sibyllis adſcribuntur, opinationis illius, conſpicua, & quàm plura veſtigia habent. Namq; *libr. 2.* talia leguntur:

At genus humanum longè lateq; per orbem
Cædibus alternis inſaniet: inq; tumultu
Peſtes, atq; fames, DEUS *& ſua fulmina mittet*
Illis qui vivent expertes legis & æqui.
Exiſtetq; hominum toto defectus in orbe:
Si quis ut in terris hominis veſtigia cernat,
Miretur. Rurſum Magnus DEUS *incola cœli,*
Relliquias hominum penitùs ſervabit ubiq;.
Tunc pax, & veri prudentia ſumma vigebit,
Terraq; frugifereus fruges feret uberiores,
Ne diviſa quidem, neq; ſervitura deinceps,
Omnis liber erit portus mortalibus, omnis
Et ſtatio, ſicut fuit antè; ſceluſq; peribit.

II. Judæi porrò in eodem luto hærent, nec ſolùm ut Carmina Sibyllina quietem aliquam ante Judicium Extremum, futuram credũt: ſed & ex profeſſo & perquàm abſurdi millenarij ſunt; dum ſe terrã poſt reſurrectionem inhabitaturos ſperant. Petrus Alphonſus, *in Dialogo contra Iudæos, tit. 3.* Sic tradidit Domus Eliæ: Juſti qui reſurgent, non redigentur deinceps in pulverem. Quòd ſi interroges, mille ergò Annis, quibus innovabitur Mundus, quidnam acturi ſint

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [245] - 241

Justi; qui resurgét? Respõdetur, Sanctus qui est Benedictus Deus, illo temporis intervallo justis ad instar Aquilarũ adijciet alas, quib? interea super facie ferentur aquarũ, Paulus Ricius, *in epitom. Thalmudica doctrin. fol. mihi 265.* Seculum, inquit Rabi Nehorei, quo venit filius David, Juvenes improperio afficient seniores, & majores natu conspectum venerantur juniorum, insurgit filia in matrem, nurus in socrum, nec pudore cohibetur filius coràm parente, & impudens denique fit genus hominum impudentiâ Canis. Seculum, ait Rabi Nehemias, quo venit filius David, magna erit procacitas hominum, annonæ caritas, insidias & dolum pariet, fructum proferent Vineta, magni attamen erit precii merum, universumque Regnum convertetur in hæresim, nec majorum ulla proderit correptio. Rau Katina: Traditio est sapientum, singula septena unum septimum remittunt annum, & sic septena millia septimum millesimum remittunt, quod scribitur; Et exaltabitur Deus solus in die illa. Et scribitur: Psalmus cantici diei Sabbathi, id est, diei, qui totus est Sabbathum. Et scribitur: Quoniam mille Anni in conspectu tuo, sicut dies hesterna. Ricius, *dict. loc. fol. 267.* Hucque pertinet, quod dicunt iidem: Messiam sub vili personâ latere Romæ. Helvicus, *in Epelencho, in refutat. ration. general.* 2 Sicque Petrus Cluniacensis, *libr. 2 cap. 3.* contra Judæos scribit: Dicunt Judæi, prout ab eis audivi, circa Vespasiani tempora, suum Christum natum, & Romam, nescio quâ arte, translatum; ibi eum à Canibus dilaceratum atque corrosum, in cryptis vel specubus subterraneis latere: & corrosionis illius vulnera, pro peccatis, & iniquitatibus Judaicis, tolerare; indeque dictum esse: Vulneratus est propeccatis nostris; attritus est propter scelera nostra. *Esaiæ, cap. 53. versic. 5.* Victurum se autem, & hos dolores, in illis terræ visceribus, toleraturum: donec disposito à Deo tempore, inde exeat: & Judæos, de universis gentibus congregatos, ad primum suæ repromissionis terræ locum reducat. Tunc impleri omnia, quæ de Judæorum felicitate futurâ, à Prophetis prædicta sunt Tunc & illum suum Christum multis gentibus imperaturum.

III. Renovavit, etiã primitivæ Ecclesiæ temporibus, idem hoc paradoxon, Papias, Beati Johannis auditor, de quo ita Eusebius scribit, *lib. 3 histor. Ecclesiast. cap. ult.* & alia quædam idem Commentator tãquàm ex vivâ traditione ad se relata, & peregrinas quasdam Servatoris parabolas, & doctrinas, cum aliis nonnullis fabulosis adjicit, in quibus etiam Millenarios quosdam Annorum post Resurrectionem mortuorum futuros dicit, in quibus Regnum Christi in hac terrâ corporaliter consistere debeat: quæ illum ex eo suspicatum esse puto, quòd

quòd apoſtolicas Diſputationes non rectè acceperit, nec quæ ab illis per hypodigmata dicta ſunt, ritè conſiderârit: eò quòd admodùm modico eſſet judicio præditus, ſicut ex ipſius libris indicium capi poterit. Attamen quamplurimis poſt ſe Eccleſiaſticis Viris ejuſdem erroris cauſam dedit; qui ad antiquitatem ipſius reſpexerunt, utpotè Irenæo, & ſi quis alius conſimilia ſenſiſſe deprehenditur. Inter quos vel præcipuus eſt Lactantius, qui *libr. 7. Inſtit. cap. 2* docere conatur, quòd aureum ſeculum, id eſt, feliciſſimus Status, poſt judicium ſit futurus. Item *libr. eod. cap. 14.* tradit; quòd poſt ſex ætates, id eſt, ſex mille Annorum, Status Mundi mutabitur, & renovabitur: & quòd mille Anni ſunt unus dies Dei; ac quod mille Annos regnabunt Electi Dei in terrâ, pòſt judicium. Quodq; ſubmerſio Pharaonis, & Aegyptiorum, & liberatio Hebræorum de ſervitute Aegypti, præfiguravit liberationem electorum, & reprobationem damnatorum, quæ futura eſt in fine mundi. Et quòd ſigna multa ſicut illam, ita & hanc præcedent liberationem. Et quòd Romanum Imperium antè delebitur. Et quòd in Aſiam ſumma poteſtas omnium revertetur. Et quibus ætatum gradibus Roma creverit, etiam deficiet, idem Lactantius, *cap. 15.* deducit. Porrò autem, de Sabbathiſmo, & ſex diebus mũdi revolutionis, *lib. 2. de Civitat. Dei*, Auguſtinus diſſeruit; nec alienã reijciendámve hanc ſententiam exiſtimat, ſed prophanam & ludicrã judicat poſitionem illorum, qui in ſeptimo carnis oblectamenta, ſenſuumque pollicentur illecebras. Ait enim *præfato in loco* Auguſtinus: Opinio quòd ſex millibus Annorum (tanquàm ſex diebus) impletis, ſequatur velut Sabbathi ſeptimus, in Annis mille poſtremis, eſſet utcunque tolerabilis; ſi aliquæ deliciæ ſpirituales, in illo Sabbatho adfuturæ Sanctis per Domini præſentiam crederentur. Nam etiam hoc nos opinati fuimus aliquandò; ſed cùm eos, qui tunc reſurrexerint, dicant; immoderatiſſimis carnalibus epulis vacaturos, in quibus cibus ſit tantus & potus, ut non ſolùm nullam modeſtiam teneant, ſed modum quoque ipſius credulitatis excedant; nullo modo iſta poſſunt niſi à carnalibus credi.

IV. Tempore etiam poſteriori, non fuit hæc opinio, planè ab omnibus improbata. Extat namque Prophetia Hildegardis (quæ quoad cætera omninò digna eſt, ut conſideretur) apud Albertum Stadenſem, Hiſtoricum Antiquum, *ſub Anno M. C. LII fol. mihi 169. &c.* ubi inter alia habetur: Cùm homines afflictionibus purgati fuerint, tædium præliorum incurrent, atque Juſtitiam in cunctis Eccleſiaſticis inſtitutionibus, quæ Deo placitæ ſunt, per timorem Dei apprehendent, & illis plurima bona ſuperaddent. *Et poſt pauca*: Nam

de præterito timore, & de præterito dolore confortabuntur, & quasi purissimum aurum fulgebunt: & sic per longa tempora, Sanctitas, Justitia, & Pax durabit. Tunc etiam veri Angeli hominibus adhærebunt, tunc etiam fortes & sapientes Viri surgent, & prophetabunt, & omnia vetera & nova scripturarum, & sermones omnes, per Spiritum Sanctum effusos, colligent, & intelligentiam eorũ sicut monile cum preciosis lapidibus ornabunt; & omnes fideles in his velut in speculo considerabunt se. Dicit etiam Virgo Hildegardis aliâs, quòd tunc omnia arma, quæ ad necem hominis parata erant, Principes interdicent; illa tantùm ferramenta servantes, quibus terra colitur: & si quis ea transgredietur, necabitur, ferro proprio. In diebus illis vera æstas per virtutem DEI erit: quia tunc omnia in veritate consistent, Sacerdotes scilicèt, & Monachi, Virgines quoq;, & reliqui Ordines in veritate stabunt, justè & bene viventes, omnemq; sublimitatem & superfluitatem divitiarũ abijcientes. In vita Alberti Magni cõscripta à Petro de Prussiâ, *cap.* 6. refertur: Christianum Belvacensem, à prædicto Alberto, unà cum alijs Magistris, condemnatum fuisse: eò quòd dixerat, ante finem Mundi Sanctos existere sine peccato Originali, & quòd Christus cum eis corporaliter comedens & bibens, liberaret eos ab omnibus malis per mille Annos. Ibidem quoque *cap.* 32. habetur idem, de illo Christiano. Tempore Concilij Basileensis, teste Wurstisio, *lib.* 5. der Baßler Chronik, *cap.* 4. *fol.* 405. condemnatus, & supplicio etiam capitali affectus fuit; qui se Angelicum Pastorem, hujusque aurei seculi auctorem adpellitavit, vereq; eo Spiritu, qui superioribus seculis Monasterienses Anabaptistas exagitavit, præditus erat. Nam & illi, alijq; (ut & seculũ proximè præcedens ferax est veteribus hæresibus resuscitandis) verè Chiliastarũ opiniones, easq; varias resuscitaverunt.

V. Quippè & Martinus Cellarius, aliâs Borraus, Stutgardianus, qui Tubingæ Reuchlino operam dedit; Anabaptistis primùm adhæsit: verùm cùm partes labascere videret, speq; suâ frustrari, sententiã mutavit. vide Melchiorem Adamum, *in vitâ Theologorum Germanorũ.* Is Tractatum de operibus DEI scripsit, operoseq; de futuro seculo feliciori pertractavit. Quem etiam Fabricius Capito, Theologus quondam magni nominis, *in Commentar. ad Oseam, ad fin.* non improbare videtur. Namq; & idem Capito, *ibid. cap* 2 *vers.* 22 scribit: Quia benedictiones temporales legis observatoribus, hactenus nunquàm sunt præstitæ, ne Hisekiæ quidem tempore, usq; in hunc diẽ; igitur præstandæ aliquando venient propter fidem Dei; nempè Christo perfectè revelato, devicto Anti Christo, inundante scientiâ Dei

tanquàm

tanquàm aquâ. Sic & Guilielmus Poſtellus, *libr. de nativit. mediator. ultim. ac quoque tract. de originib. libr. 6. cap. ultim.* Cælius Secundus Curio, *tract. de amplitudine Regni Dei.* Valentinus Wigelius, *in poſtill. ad Evangelium, in feſto Annunciationis Mariæ, item Dominica 4. & 5. poſt Epiphan. & paßim. ac quoque in tract. de vita Chriſti, libr. 2 fol. 127.* eãdem felicitatem, ſed modis omninò diſſonis, maleque ſibi conſtantibus, pollicentur. Hacq; etiam de re, ſed timidè, & ut dubitans maxumè, agit Caſparus Schwenckfeldt/*tom. 1. Epiſtolaris, epiſtol. 23. fol. 174. ac ſeq. & epiſt. 58. ac 72. Item in tractat.* von dreyerley leben/ *cap. 41. & ſeqq. mult.* Magis confidenter Wilhelmus Eo Newhäuſſer/aliiq;, quorum ſcripta, Politicis ſuis Imperialibus Latinis, *part. 17.* inſeruit Nobiliſſimus Goldaſtus. Extat & Gallicus vetuſtiſſimus Liber, *Lunette des Chreſtiens*, inſcriptus, Lombardicis litteris impreſſus; nec Annũ nec Auctoris nomen, & nec etiam locum impreſſionis præ ſe ferens: ubi inter alia *lit. L. 3. b.* ſequentia habentur: *Tant y a, que le Seigneur Ieſus eſt la pierre tirée de la montaigne, ſans inciſion: qui a rompu par le menu l' image de Nabuchodonoſor, & a rempli toute la terre par foy. Qu' eſt ceſte image? Sinon l' idole, que mettons & prenons pour principautè: ſoit in ſpiritualitè, ſoit en temporalitè &c.* Quinimò & Philoſophi, ſuavi hoc delirio (ita cum communiori vocari ſolet) delibati sunt. Et nominatim Caſpar Waſerus, *in Comment. ad Mithridat. Geſneri, fol. 114. b.* atteſtatur; Multos Sanctos & eruditos Viros autumare: ſicut ante ædificationem Turris unâ omnes linguâ utebantur; ita converſis hominibus ad veri Dei cultum, ſublatâ linguarum confuſione, & varietate, ex ſuperbia ortâ; omnes Sanctâ Linguâ Hebræâ iterũ uſuros. Thomas Campanella, *libr. 4. de ſenſu rerum, cap. 2.* talia pariter habet, ac ita inquit: Primus, qui nomen Jovis uſurpavit, fuit Belus, proximus Nimrod, caput Monarchiæ Aſſyriorum, & pater Nini. Quâ ex ratione, annos poſt quinquaginta ſegregatus eſt Abraham, & ſeminavit in orbe cultum Jehovæ. Ideoque à Deo promiſſa illi eſt hereditas totius mundi, teſte Paulo: eò quòd eſſet auctoris mundi cultor & cognitor, & ita in veritate factum eſt. Nulla enim natio reperitur, quæ non glorietur, ſe ab Abraham deſcendere. Mahumetani per Iſmaël, Hebræi per Iſaac, Chriſtiani per David, ex cujus ſtirpe eſt Chriſtus: qui inſeruit nos ſtipiti Sancto, ſicut Oleaſtros olivæ. Ac tempus propè eſt, ut ex diſpoſitionibus cœli & terræ conſidero, in quo totus mundus revertetur ad cultum veri Dei, eritq; filius Abrahæ non ſpurius, ut Macon, nec carnalis, u. Hebræi, ſed Spiritualis. quoniam Abrahæ promiſit Deus, ut heres eſſet Mundi, teſte Sancto Paulo. Theophraſtus Paracelſus, qui ut in omnibus, ſic &

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [249] - 245

hìc est Paradoxus; *ad Danielis c. 3.* adnotare audet: Es werde noch darzu kommen/zu der Zeit des bildes Ende/daß der Kayßer den Bapst den seinen verbietten würdt auch zu Ehren/vnd den Vatter allein den Ewigen Rechten vnd Wahren Gott der im Himmel ist/nach Christi Lehr vnd Wort ehren/vnd würt den Gewalt in Chaldæa rein abthun vnnd zerknitschen/ *&c. cui consimilia habet etiam, cap. 4. & 6.*

VI. Hâc itidem de re, Jacobus Brocardus passim in suis scriptis mentionem facit, imò totus est in eo argumento; hucq; cuncta ferè Sacrosanctæ Scripturæ dicta detorquet. Illius autem mentionem Paulus Melissus, in Poëmatibus suis facit, in Epigrammate quodam ad Henricum Navarræ Regem, nuptias cum Margarethâ Valesiâ celebrare præparantem; quod adscribere lubet:

Quò vadis, ah, quò vadis infelix puer?
Non, non futurus hic tibi cordi est Hymen.
Omen sinistrum læva cornix occinit,
Improsper ululat è Pyrenæo Specu
Bubo cruentum. Vah, Manere te domi
Iubent Penates. Lar jubet Domesticus.
Heroes occident. Propheta id sæpiùs
Monuit Brocardus, idq; haruspex præmonet.
Sed dira nunquàm fata possunt effugi.

Verùm non omnia, quæ præmonuit ille Brocardus, eventum habuerunt prædictum. Namque Michaël ab Isselt, *in Commentar. Laurentii Surij supplement.* sub Anno M. D. LXXXIII. talia refert, Segurius Pardilianus, Regis Navarri Consiliarius, & Legatus; cùm Annis superioribus in Belgio esset, delirum quêdam Prophetam Calvinianum, nomine *Brocardum Pedemontanum,* vehementer colebat; ejus dicta non aliter, quàm Oracula (quæ tamen ab omnibus Synodis Calvinianis reijciebantur) observabat. Is Pardiliano persuadet, se testimoniis Sacræ Scripturæ posse convincere, Papam Romanum brevi à Principe quodam Hugonottarum, sede exturbandum; eundemq; Principem caput Concordiæ Christianæ futurum Bardilianus hæc de suo Rege vaticinari ratus; non destitit Navarrum commovere, ut Legatos per Galliam, Angliam, Belgiumque mitteret; qui Principes ad confœderationem contra Pontificem Romanum ineundam monerent. Quas Legationes dum obiret Pardilianus, exorta est illa quorundam Principum Germaniæ in Trachsassio conspiratio. &c. Ille verò Brocardus, ita explicat sententiam, *in præfatione ad piũ Lectorem, explicationi Geneseos præfixa*; Qui timent innovationem, quæ futura se ostendit, Status mundi: si cupiunt scire, quid sim scripturus, brevi habeant. Videbimus in Verbo Domini Statum Eccle-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [250] - 246

ſiaſticum & Politicum perſeveraturum: ordinẽ & diſtinctionem perſonarũ futuram, ſecundum munera & dignitates, quæ obtinebuntur in utroq; Statu. Illa erunt nova: Pietas Major, Juſtitia Major, Charitas Major erit; vigebit Juſtitia, ait Petrus. Illa erunt nova; Qui Principes & Reges ſuſcipient Chriſtum, & ejus Evangelium, perſiſtent regnare: pugnantes contrà, ejicientur. Accinere his videntur, quæ habet Sebaſtianus Caſtalio, *in præfat. Biblior. ad Eduard. Angl. Regem:* Profectò, ſi verum fateri volumus, eſt adhuc noſtrum ſeculum in profundis ignorantiæ tenebris demerſum: cujus rei certiſſimum teſtimonium ſunt tàm graves, tàm pertinaces, tàm pernicioſæ diſſenſiones; tàm multi, & ijdem tàm irriti conventus, de hiſce controverſijs; tantusq; numerus quotidiè naſcentium Librorum, & eorũ inter ſeſe toto cœlo diſſidentium. Si enim unus Dei Spiritus, & una Veritas eſt: neceſſe eſt, in quibus idem Spiritus, eademq; Veritas inſit; eos unum eſſe, idem ſentire Spiritualibus in rebus: & ſi nobis clariſſimæ Veritatis orta dies eſſet, nunquam tot obſcuras librorum accenderemus lucernas. Et porrò idem *ibidem* addit: Mihi hujus ignorantiæ cauſam quærenti, videbatur inventu difficilis. Neq; enim tribui hæc literarum & artium ignorationi poteſt; cùm noſtro ſeculo nihil fieri poſſit eruditius: & tamen tantis ſtudiis, tantâ linguarum cognitione, tot artibus, per tot annos, tantum abeſt, ut multùm profectum ſit; ut indies in deterius abeant res. Itaq; cùm attentiùs hanc rem conſiderarem, viſus ſum mihi hujus ignorantiæ unam veriſſimam cauſſam inveniſſe; vitioſitatem ac impietatem. Itaq; dicit Danieli Angelus: Impiè agent impij, nec intelligent ulli impij. Et David contrà: Jovæ metuentibus patefit ejus arcanum. Et Eſaias: Preme oraculum, obſigna diſciplinam, apud Diſcipulos meos, &c. *Ac paulò pòſt*: Sed exiſtunt ignavæ diffidentiũ voces, qui pro inſano habent, ſi quis audeat ſperare meliora noſtris: quaſi verò Dei ſit vel decurtata manus, vel auris obtuſa; aut, quaſi ideò deſperandum ſit, quia nunquam ita fuit; ac non potiùs ideò ſperandum ſit, quia non fuit: & is promiſit, qui neq; mentitur unquàm, & poteſt etiam mortuis vitam reddere. Equidem aut hæc futura eſſe fatendum eſt, aut jam fuiſſe, aut Deus accuſandus mendacij. Quòd ſi quis fuiſſe dicet, quæram ex eo, quando fuerint? Si dicèt, Apoſtolorum tempore: quæram, cur nec undiquaq; perfecta fuerit, & tàm citò exoleverit Dei cognitio ac pietas; quæ & æterna, & marinis undis abundantior fuerat promiſſa? Sin dicet, Noſtro tempore: mirabimur hanc pacem, quæ ex vomeribus, falcibuſq; noſtris cudat enſes, & ſupellectilem domoſq; convertat in bombardas & propugnacula. Sed eſt, credo, hæc pax in literarum Proceribus, & po-

puli Magistris? Undè igitur linguarum & calamorum longè nocentiora bella, quàm ferri? Undè tot tàm graves controversiæ, quæ neq; tot jam seculis, tot Disputationibus componi potuerunt, & ferè in sanguinem imbecillorum erumpunt? dum nemo est, qui de suo judicio dubitet: nemo est, qui non alios damnet. *Et iterum.* Fatendum omninò est, multa, atq; adeò maxima in Oraculis promissa, nondum esse perfecta. Cujus rei ignoratio in causa est, ut Dei dona admodùm jejuna, exilia, & macra faciamus: & Vatum Oracula pleraq; ineptè, ne dicam ridiculè, interpretemur; dum quæ futura sunt, & non nisi ab ijs, qui vel divinitùs, vel rei eventu sint edocti, possunt intelligi; ea & sine Spiritu, & sine eventu declarare conamur: metuentes videlicèt, ne quid ignorare videamur, &c.

VII. Sed nolo ampliùs exscribere Libros damnatæ fidei, reprobatæq; Lectionis. Verùm & Auctores ij, qui Privilegio Cæsareo muniti, & ideò impunè legi possunt, hisce nænijs haut sunt immunes. Omitto, quę de futuris seculis mira habet Cardinalis Bellarminus, *lib. 3. de Pontific. Roman. per tot.* & item Remaclus de Vaulx, in Harpocrate Divino, libro, ut puto, haut inutili prorsus. Nicolaus Cusa, Romanæ item Ecclesiæ Cardinalis, quem æquè pium ac doctum vocat Bellarminus, *tract. de Scriptorib. Ecclesiastic.* Is *libr. 1. de concordant. Catholic. c.* 12. ita ait: Hoc scimus ex Apostolo ad Thessalonicenses, secundũ Beatum Hieronymum, *ultima quæstione ad Algaziam*, quòd priùs totũ Romanum Imperiũ debet desolari; & discessio ab eo fieri; sic quòd omnes subjacentes ei, ab eo recedent. Et similiter, secundùm glossam, *super illa verba Pauli*, discessio ab obedientiâ Romanæ sedis, quò ad Ecclesiasticos fieri debet, antè ipsius Antichristi Adventum, ut hoc multi Doctores dicunt. Undè ex hoc dicto, & hodiernâ dispositione Papatus & Imperij, discretus & sagax, non multum temporis superesse arguit: licèt tamen persecutio, & multa de ijs malis, quæ præcedere debent, hodiè videantur; scimus tamen, quòd nondum statim finis, sed oportet, ut Nomen Domini & Ecclesia, per totum Mundum, & omnes Insulas dispergatur. Consentit Dionysius Carthusianus, Sanctissimus & Doctissimus Vir, *tract. de quatuor noviss. im. part. 2. Artic. 18. fol. mihi 137. & seq.* dum scribit: Juxta doctrinam Christi, diem judicij præcedet Adventus Antichristi, qui cum Satellitibus suis Christianos acerrimè persequetur: & plurimos varijs modis fallet; videlicèt, per falsa miracula, per armorum potentiam, per divitiarum donationem, per allegationem deceptoriam Scripturarum, per Sermocinationes fallaces, & per Sanctitatem confictam. Tunc erit ergò gravissima persecutio constantium Christianorum. &c, *Ac paulò pòst*: cũ falsitas

falſitas AntiChriſti patebit; tunc penè omnes infideles convertentur ad Chriſtum, atq; (ut ex Daniele Prophetâ Doctores eliciunt) tunc dabuntur quadraginta quinque dies, ad pœnitendum his, qui ab AntiChriſto fuerant decepti. Anno Chriſti M. CCCC. LXXI. Johannes Viterbienſis, ſcripſit Tractatum, de futuris Chriſtianorum Triumphis in Saracenos: ubi probare conatur, quòd temporalis Monarchia Chriſto debeatur, quodque quæ Lactantius habet, perperàm reprehendantur. Non alienus item ab hâc ſententiâ eſt Seraphinus Firmanus, *ſuper Apocalypſin paßim.* Addique poteſt Onus Eccleſiæ, Anno Chriſti M. D. XIX. compilatum, ubi plura ejuſmodi congeſta inveniuntur, ac præſertim *cap.* 60 *&* 62. quæ, cùm nuper ille Liber Francofurti ſit recuſus, haut exſcribo. Promiſi autem tantùm Philologicam narrationem, aliquot aſſeclarum hujus opinionis. Nec eſt, quòd quis exſpectet ejus refutationem; cùm ſuâ ſe varietate, ſatis ſemetipſam oppugnare videatur. Non eſt noſtrum, noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Actorũ, *cap.* 1. Captum hæc, & inſtitutum meum ſuperare, quis non videt? Incerta & obſcura relinquamus, fidei & Charitati ſtudeamus: ſicque digni erimus, qui effugiamus mala futura, fruamurque bonis, ſive in hâc, ſive in aliâ vitâ. Veni citò DOMINE JESU. Apocalypſ. *ultim. cap.*

FINIS.

Deo Immortali, Soli Sapienti, ſit Laus, Honor & Gloria, in Sempiterna ſecula.

ELENCHUS CAPITUM.

Diſcurſus I. de Monarchiâ.

Cap. I. *Quot ſint formæ Imperiorum? fol.* 1
II. *Gubernationem ab ipſo Statu, Iuréq; Imperii ſejungendam; & ex hoc, non illa, de Reipublicæ forma ſtatuendum eſſe.* 3.
III. *Monarcharum nomina varia: Dyarchia, Triarchia, & de Imperio Regis ac Reginæ unito.* 7.
IV. *Regnum plenum, ejusq; exempla.* 15.
V. *& Vltimum, De Monarchia Dominica, eiuſq; exemplis.* 24.

Diſcurſus II. de Ariſtocratiâ.

Cap. I. *Quaſdam tàm Ariſtocraticæ, quàm Democraticæ Reipublicæ formæ, communes enumerat affectiones. fol.* 30.
II. *Ariſtocratia, eiusq; prima Diviſio, eligentium ſcilicèt ratione.* 36.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [253] - 249

III. & Ultimũ. *Alia Diviſio Ariſtocratiæ: & quid differat ab* Oligarchia *Ariſtocratia?* 37.

Diſcurſus III. De Democratiâ.

Cap. I. *Quando Reſpublica Democratica eſſe cenſeatur. fol.* 44.
II. *De Democratia liberiori.* 46.
III. *De Democratia adſtrictiori; junctis monitibus aliquot inibi obſervandis.* 53.
IV. & Ultimum, *De Iure Imperialium Civitatum in immutanda Religione.* 58.

Diſcurſus IV. de Statu Reipublicæ ſubalterno.


Cap. I. *De ſpeciebus & proprietatibus Imperiorum ſubalternorum. fol.* 66.
II. *An Vaſallus pro ſubdito ſit habendus? cui ſimul inſertum eſt Reſponſum juris ſingulare: de clauſula, qua quis inveſtitus eſt,* Mit den Gerichten/ *&c.* 71.
III. *De Statibus Imperii Germanico-Romani, generatim: & in ſpecie de Electoribus, Ducibus, &c.* 91.
IV. *De Comitibus & Baronibus Imperii Romano-Germanici.* 98.
V. *De Iure & Imperio Imperialium Civitatum, ubi inſimul annexa eſt Hiſtoria Bellorum, quæ Civitates olim Imperiales cum vicina Nobilitate geſſerunt.* 118. *& ſeqq.*
VI. *De Ordine Equeſtri libero, Imperióq; immediatè ſubiecto fol.* 159.
VII. *De Burgundia, Comitatu Montbelgardenſi, Sabaudia, Geneva; aliisq; in, & extra Germaniam provinciis, ſpectantibus ad Imperium Romanum fol.* 175.
VIII. & Ultimum. *De Iure mutandæ Religionis, Statibus Imperii Romani competente; & quoq; inſertum hîc eſt Reſponſum Iuris, An ſine Iuris Communis ſollemnitatibus, Germaniæ Principes teſtari queant fol.* 189.

Diſcurſus V. in quo Rerumpublicarum formæ inter ſeſe comparantur: & illarum præſtantiæ certamen examinatur.

Cap. I. *De Monarchia, Democratia, & Ariſtocratia prærogativa, quam ſingulæ habere videntur fol.* 217.
II. *De Reipublicæ forma, ad populi naturam, aliasq; circumſtantias adaptanda. fol.* 234.
III. & ultimum. *De Veteribus, noviſq; Chiliaſtis, Diſſertatio Hiſtorica, perſaturam congeſta fol.* 240.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1 Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [254] -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [255] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [256] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [257] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [258] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [259] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [260] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 2, [261] - -
PUBLIC DOMAIN